

SIGNATURA:

I 252

FAC REDUC..

14,8 X

26-4. N. 150.

I-266

150 I 266
252

44-2



Iber floreti
in quo flores
oim virtutuz
et detestaciones vicioz
metricè continetur una
rum commento.

Nomine floretus liber incipit ad bona cepit
Semper eris iustus etus
documenta secutus
Hic liber extractus et plus

ribus est vocitatus
Recte floretus quod flos est inde receptus
Et brevis textus fragrat virtute repletus
Collegi flores non oves sed meliores
Quos in virgultis domini vidi bene cultis
Qui non marcescunt seruando doman-
dorum crescunt
Ergo dilecte valeas ut viuere recte
Vultis proficere domino semper placere
Suscipe corde bono flozorum vos quos
tibi dono
Collent laqueos tribuent tibi septem bonorum
Si bene dulciores flores retinet odoros
Summo cultore flozorum clemens datore
Dogma sacre fides ponit prius ordo
libelli

Postea precepta ponuntur parte secunda
Tertia pars vere monstrat peccata cauere
Inde docet quarta pars ecclesie sacramenta
Virtutes quanta moyses docuit et docuissent
Coclidit sexta de morte suorum scriptura.

Antequam lecturas comenti tam sub-
tilis tanquam profunde indagante
aggredi presumas si lectura dilecti
meretur tria seriatim habeo pro-
ponere. Primum diuinum implora-
re auxilium. Secundum prestantes in
dicere per qualitas supportu virtutis. Tertium com-
menti utilitatem referre conuenit. Quibus in tra-
capacitate mei ingenio ductus ad littere ac-
ceda elucidatione. Quamvis ad primum in quo
habeo diuinum implorare auxiliu nedum in bac-
temi quantum ad me copulatione. verum etiam in cu-
insuper alterius operis valida inspiratione secundum pla-
tonem in thimotheo: et rectra secundum Boetium tertio de
solatione. d. In minimis quibus diuinum debet
implorari auxilium quod si minus nulli rite fundat
exordium. Quod est nobis firmo insufficientes. quod ad
Lecturam. non quod sufficientes sumus aliquid a uobis
non si ex nobis excogitare sufficientia nisi a deo
est. et Jo. xv. Sine me nihil potestis facere. La-
guens autem in mari lugubris nauigando rater
rimis agitur fluctibus neque a deo se rem sublimi-
um optatum attingere potuit secundum Boetium, in qui

to de solatione ad dei gloriosissimum: que sue vir-
tutis necnon inarrabilis potentie diffinisse cuncta
dirigit et seruat in libro de intelligentiis. xx. ca.
humiliter amplexat suspirando tanquam ad singulare
refugiū: cui quoque sine quo nulla ualida fortitu-
tur effectum secundum philosophum. xl. p. b. d. d. m. a. s. m. o. De
donū optimū et de barū pfectū desiderū: et ut mi-
bi qui squamis ignorantie varisq; facinorosis ir-
rectis maculis ueluti temerarius autumno ex-
planatus gloriā sup comēdabilem textū flozet
cōplare accumulādo ea quę in meditatione sacra-
inferunt scripturas: inter quę ad adopi-
at ad medianā affirmat ad finē quę operatū de-
ducere pcedat. Que hęc non fit digna puidēte ue-
tū si sincero cordis sermō recodat. per illud dubio
non desistet fructū afferre quod plurimū. et c. R. l. a.
cūctoz cuius oēs dōa sopbie. Lecture sine pla-
siret corda reozū. Te sine ductore uariet labor
absq; ualozē. Catholico more rogo sis gloriatur
boie. Hęc comētū miz claudēs documētū. Si
bñ pcentū pinguat corde studentū. Ergo deus
uere quod curas opēq; fouere. Lumine gloriāti
lustres intima mētā. Et hęc quo ad primum. Q. Ve-
nio ad scēm i quo habeo prestantes inferere
pro posse primum prestādo quod in executione p-
fente lecture non intendo aliquid afferre quod
in aliq; uideat a recto tramite xpiane religio-
nis deuiare seu audientū quomodo pio an-
reo offendere. Quod si ex ignorantia in aduer-
tētia ue ptingerit quod absit: et nūc reuoco res-
tracto annullo et habeo pro non dicto me submi-
tens in dictis dicēdisq; correctioni necnō sim-
pide determinationi omnium et singuloz quos
instinctu charitatis uolo habere exortatos: ut si
quid reprehensibile minusue eleganter exposi-
tum perseperit in blata prosus inuide salce
dignetur in partem inter partem meliorē. Q. Im-
putando hoc potius gloriāti ignorantie in ad-
nerrā: que pertinaci malicie: attēdo quod in of-
bus bene agere et in nullo deuiare potest: sit di-
nitatis quod diuinitatis. In. l. ij. s. sed quod diuine
C. de ue. iur. enucle. Si autem in piri copulatione
aliquid rite deductū reperit non mihi sed diu-
maiestati gratiarū actione obsequanter referant
a qua oīs sapientia affluenter emanat. Eccl. i.
Prouer. ij. Jaco. i. et hoc de secundo. Venio ad
tertium in quo habeo utilitates bene libelli de-
clarare comēdabile: quāq; aliq; elucidabo. Alas
autem textū comētū discursū. Primum enim
utilitas potest dici fundamentum gratie et glorie
cum in hoc libello tractetur primum de fide que
est primus habitus uirtutū non tempore: sicut
ra secundum Al. in. v. libro sui cōpen. Spis enim est fir-
ma petra supra quam alie fundantur uirtutes



21. 289

sine qua impossibile est placere deo ad Deo. xi. sine hoc enim fundamēto ē edificum rumosum vel nullum cum vbi fundamētum non sit super edificari nō possit de Presbyte. baptista. c. veniens. r. i. q. i. c. cum paulus. ¶ Alia utilitas est salubris exercitatio ab bonum et observātia a malo cum hic tractetur de pceptis decalogi que dēu q̄ custodierit non experiet quicq̄ mali. Eccl. viij. Qui custodit pceptum non experiet quicq̄ mali. ¶ Alia utilitas est instructio ad bene viuē dum cum hic tractet de virtutibus que sunt q̄litate mētis q̄b̄ recte viuuntur et nemo male vti f̄m beatū Aug. in li. de libe. arbi. et f̄m p̄m. h. c. v. vbi d̄r et bi. Virtus est que b̄ntem perfcit et opus eius bonū reddit. Ipse enī virtutes disponunt habentē ad melius f̄m p̄m. h. c. viij. et bi. Per scientiā enī huius libelli ostatur quisq̄ si delis mala enitare et bona seruentius operari que ad vitam introducit eternam. Ergo qui tennerit sciam p̄t̄is cōmētū b̄t̄is. Prover. iij. Alie utilitates in prosecutione littere manifestabuntur de quibus hic causa breuitatis suppleo. Istis tribus p̄t̄is taliter qualiter vt p̄m. h. c. v. deductis venio ad littere elucidationē in hunc qui sequitur modum.



Lncipit liber nomie floretus a brō bernard. clareuallis merice accumulat̄ et plurib̄ sacre scripture voluminib̄ ad eruditionē vniuersiūscq̄ in fide catholica. ¶ In cuius tituli cōtinuatiōe q̄tuor tangūt̄ur causē. ¶ Causa materialis cū dicit floretus. i. flos receptus et accumulatus a pluribus sacre scripture voluminib̄ ¶ Causa formalis ē duplex scilicet forma tractandi et forma tractatus sicut in alijs tractatib̄ et ista tangitur cum dicit merice. ¶ Causa efficiēs tangitur per hoc q̄ dicit beatus Bernard. clareuallis. ¶ Causa finalis tangitur per hoc q̄ dicit ad eruditionem vniuersiūscq̄ i fide catholica q̄ est multiplex: vt in alijs libris istud patet satis omni scientifico. ¶ Notanter enim intitularur floretus q̄ vt p̄missi iuxta litteram flos ex pluribus voluminibus sacre scripture receptus vel intitularur floretus quasi flos aptus ex parte sui producere saltem instrumentaliter vnum quē ad fructum incomparabilem: scilicet vitam eternam. Et recte floretus propter tria que floriri videntur competere: que sunt lata odorum p̄fusio: fructus p̄uenatio: p̄fulgens compositio. Latus enim est scientie huius commentū ambitus cum per vniuersum orbem a cunctis orthodoxis obseruari nullatenus abigatur. Cui nisi

quisq̄ firmiter adbeserit ad vitam eternam peruenire non valebit. Secundum est fructus p̄uenatio illa enim visio beatificata est fructus ille inestimabilis quem p̄ueniat hic flos immarcescibilis qui est scientia huius commentū. Tertius quod flos cōpetere dignoscitur: est p̄fulgens compositio. compilatio enim p̄sentis libelli p̄fulgens est varijs dogmatum coloribus quibus veluti margaritis decoratur p̄ciosissimis ergo floretus recte est vocitatus que fuerūt verba vestris coram conspectibus per me a p̄ncipio p̄posita que quibus rudi stilo p̄texta: digne mihi gratanter supportare si placet. Nomine floretus et. Diuisio littere est plana. Cōstructio nem littere et glosam interlinearem remitto peritice latozum causa euitandi fastidium pluribus nimis instando.



Redere debemus qui xp̄i nomen habemus doctrinam xp̄i quia nemo secus placet isti nec poterit fieri salu' nec

sanctus haberi Dicit enim xp̄s ad celus mor rediturus Qui baptisatus fuerit valet esse beatus Si bñ crediderit alie sine fine peribit Ergo cōstanter credas ac idubitanter Que docet ecclesia romana petra solidata.

Iste titulus vsq̄ ad titulum sequentes diuiditur p̄ma sui diuisione in duas partes In p̄ma parte docet necessitatem et modū credendi. In secunda parte de terminat de singulis credēdis. p̄ma in p̄ncipio. secūda ibi. Articuli fidei. ¶ Iterum p̄ma pars diuidit̄ in tres. In p̄ma determinat de duodecim articulis fidei habendo respectus ad eorum cōpositores qui fuerunt duodecim ap̄t̄i. In secunda parte determinat de nouē articulis habendo respectū ad illa que radicaliter tenentur credere. In tertia parte epilogat docendo circunlocutine quid sit fides. p̄ma in p̄ncipio secūda ibi. sed tamē hic aliquid. tertia ibi: bec ē catholica. ¶ Tres p̄ma pars diuiditur in tres in p̄ma facit quod dictum est. in secunda assignat differentiam inter latiam et ouliam. in tertia docet effectum fidei. p̄ma bec est catholica. secūda solus adorandus. tertia vera fides saluat euz suis annexis illa ē diuisio presentia tituli sub b̄ntibus. p̄ma pars cōtinet duo mēbra. p̄imum de necessitate credēdi. secūdu de mo-

do credendi. secūdi mēbrū ibi. Ergo cōstanter credas que docet ecclesia. Quo ad p̄mū mēbrū quod est de necessitate fidei probō tali ratione. Illud est necessarium sine quo nullus poterit peruenire ad finē ad quem tendit et ordinatur: fides est huiusmodi. ergo maior ē de se manifesta: et minor probat̄ pluribus auctoritatib̄. p̄mo auctoritate Augustini in suo simbolo dicens Dec ē fides catholica quas nisi quisq̄ fideliter firmiterq̄ crediderit saluus esse nō poterit et. Quod tangitur in littera auctoris quādo dicit nec poterit fieri salu' et. Et ad Hebreos. xi. Si ne fide impossibile est placere deo: q̄d tangitur in littera auctoris quādo dicit quia nemo secus placet isti. et Jobā. iij. Nisi quis renat' fuerit de nūo non potest videre regnum dei: qui enī crediderit et baptisatus fuerit saluus erit qui vero nō crediderit condēnabitur. Marc. e. vi. Quod tangitur in littera auctoris quādo dicit. qui baptisatus fuerit valet esse beatus. Ergo apparet euidenter q̄ desideranti peruenire ad finē p̄optatus qui est illa fructio beatifica in qua quiescunt anime sanctorū necessarium sit catholica fide stabiliti. ¶ Quātum ad scdm mēbrū quod est de modo credendi. Est notandū q̄ credere articulos fidei explicite nō est d̄ generali fidei necessitate: nisi illis qui assumunt officium p̄dicandi et docendi. Ad cuius confirmationē p̄cipitur. Deut. xxxij. Illis q̄ debebāt legere et docere q̄ lex lucide et apte scribat̄ sup lapides q̄ lapides f̄m glosam sūt laici et simplices. Credere aut̄ iplicite oēs articulos nō sufficit ad salutem his qui ratione vtuntur. Credere aut̄ quosdam simplicite et quosdā explicite est fidei necessarie ad salutem: Ad illos enī tenentur ratione vtentes explicite credēdos: quos ecclesiasticus vsus manifestat sicut est de unitate et trinitate personarum quem possunt noscere ex ipso actu cōsignationis. i. In nomie patris et filij et sp̄s sancti. Sic etiā de incarnatione: natuitate: et passione: resurrectione: peccatorū remissionē: quos recognoscere possunt ex solēntatibus quas ecclesia celebrat: necnon ex actibus sacerdotum: nec in istis ignorantiā excusat: quia talis ignorantia non potest esse sine negligentia vel contemptu vel vtroq̄. Alios autem articulos non ita manifestos tenentur credere implicite: sicut credit sancta mater ecclesia romana petra solidata: est est clauē non errante: ita q̄ in nullo in particulari discrepant in. c. firmiter credim' de summa trinitate et fide catholica. Unde glo. super illud Jobā. vi. Collige que superauerūt fragmenta dicit fragmenta sunt secreta mysteria que populus cōmunis non potest capere: et bec f̄m

Bonauerunt in. iij. sententiā. hoc satis tangit auctor noster in littera sua per hoc q̄ dicit que docet ecclesia petra solidata. Petra enī dicitur christus. p̄ime ad Corinth. i. Petra autem erat christus. Articuli fidei bis sex sūt corde tenēdi Quos christi socij docuerunt pneuma te plent Credo deum patrē petrus inquit cum cta creantem Andreas dixit ego credo deū fore xp̄m Cōceptū natū iacob: passumq̄ iobes In fera philipp' fregit thōmas reuixit Scandit bartolomeus: veniet censes re matheus. Pneuma minor iacobus. symon peccata remittit Restituit iudas carnē vitāq̄ matthias

¶ In qua parte auctor noster determinat de singulis articulis fidei habēdo respectus ad eorum compositores qui fuerunt duodecim apostoli. d. q̄ isto respectu sunt duodecim articuli patet constat in eorum dē apostolorū simbolo. ¶ Credo in deum patrem omnipotentem et. hoc duo decim articuloz figura habet. Josue. x. et Apoc. xij. Josue. x. habetur q̄ duodecim viri p̄ quos si gurantur duodecim apostoli portauerūt de medio iordanis alueo: id est de media scripture sacre. Profunditate vbi steterunt pedes sacerdotum. i. affectiones sanctorum patrū. Duodecim lapides durissimos per quos figurantur duodecim partes symboli que sunt firme et immutabiles et posuerūt in loco vbi craftrametati sunt. i. ecclesia que est vt castrorum acies ordinata. Cant. vi. vt fideles resistent diabolo fortes in fide p̄ma Petri. v. vigilate quia aduersarij vester diabolus tanq̄ leo rugiens circūit querēs quē deuoret: et sequitur remediū quādo dicitur cui resistite fontes i fide et. Apoc. xij. habet q̄ mulier amicta sole et luna sub pedib̄ eius habebat coronam duodecim stellarū. Mulier illa ē ecclesia que est amicta sole. i. fulgida diuinitate: et Malach. ij. Oretur nobis timentibus deus sol iusticie. Corona dicitur fides in qua micat duodecim stelle. i. duodecim articuli fidei qui dicuntur stelle eo q̄ illumināt obcuritatē mentis.

Anteq̄ aggrediar singulorum articulozum declarationem intendo referare quid sit symbolum. quid articulus. que sint cause symboli contentorum ne in eo et que sint antecedent

ta et fidem sequentia et concurrentia cum fide. iij. Quantum ad primum est notandum quod symbolus est omnium apostolorum simul una sententia: et dicitur a sym quod est simul et bole sententia qua fit per unam apostolorum sententiam constitutum. Et totus a quolibet approbatus secundum Bonaventuram. Quantum ad secundum est notandum quod articulus est iudicialis veritas de deo artans nos ad credendum. Quantum ad tertium est notandum quod quadruplex causa reperitur istius symboli. Materialis. efficiens. formalis. et finalis. Materialis fuit illa veritas que deus est: et de deo. unde sicut res visa est materia visionis ita credita veritas est materia fidei. de qua veritate habet Job. xxiij. Sermo tuus veritas est: et eodem viij. Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi. Causa efficiens fuit duplex principalis et secundaria. Principalis fuit spiritus sanctus. Secundaria. i. Leperunt loqui prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Causa efficiens secundaria fuerunt apostoli iuxta intimationes symboli. Causa formalis fuit: et est unio cordium in veritate credita. Corda enim unum sunt quando uni veritatis eodem modo consentiunt. Unde Actu. i. Multitudinis credentium erat cor unum et anima una. Causa finalis fuit instructio fidelium in illis que debent credere. iij. Quantum ad quartum est notandum quod quedam sunt antecedentia ad fidem: ut ea que sunt de iure naturali que exprimitur in decalogo. que tenemur credere quod supponuntur a fide ut quod transgressio cuiuslibet precepti sit peccatum mortale: quedam sunt sequentia fidem et ista sunt in duplici differentia: quia quedam sunt reducibilia ad articulos specialiter et illa tenemur credere ut deum esse ubique quod reducitur ad primum articulum. Credo in deum patrem omnipotentem etc. Alia sunt que non sunt reducibilia ad articulos specialiter et tamen tenemur ea credere cum sint determinata ab ecclesia vel in sacra scriptura ut antichristum esse venturum: tamen potest reduci ad istum articulum. Ecclesiam catholicam: quia ecclesia catholica illud asserit esse verum. Quedam sunt concurrentia simul cum ipsa fide: ut articuli. v. Nunc venio ad singulorum articulorum declarationem dicens iuxta litteram auctorum. quod primus articulus est. Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre. Quez composuit beatus Petrus de quo Jeremie tertio. Patre vocabis me et post me ingredi non cessabis: per illum primum articulum. Credo in deum excluditur duplex error scilicet error gentilium qui non credunt in deum sed in ydolos. Unde per Simplicium contra gentium argentum et aurum. Item excluditur

error manicheorum. qui ponebant duo principia sive duos deos: scilicet deum lucis et deum tenebrarum. unum dicunt principium boni. alius principium mali.

Queritur cum tria sint que approbantur tribus personis scilicet potentia patri. sapientia filio. bonitas spiritu sancto. quare dicitur esse articulus illud quod appropriatur patri. et non illud quod appropriatur filio et spiritu sancto non enim dicitur filius sapiens esse articulus nec spiritus bonus: sed bene dicitur pater omnipotens. Solutio sapientia et bonitas non dicuntur articuli esse: quia per appositos articulos intelliguntur per incarnationem enim et passionem sapientia ostenditur. sicut dicit Augustinus super Jo. Prudentia eius devicit diabolum et superbiam eius. Item in illo articulo. Indicare viuos et mortuos intelligitur sapientia. Nam sapientis est iudicare. Item in illis articulis. Remissionem peccatorum carnis resurrectionem vitam eternam. intelligitur summa bonitas. Alia causam remitto sufficientiori. Cuius deus non possit peccare nec facere sibi equalem etc. Videtur quod non mereatur dici omnipotens. vii. Solutio. Actus culpabiles in deo non cadunt ut peccare et similia nec penales ut metere dolere. Item actus inconuenientes non cadunt in deo. Pro quo est notandum quod actus dicitur inconueniens tripliciter. Primo modo quia contradicit diuine potentie ut facere maiorem se vel sibi equalem. Secundo modo quia actus contradicit eius veritati: ut facere idem simul esse et non esse vel preteritum futurum. Tertio modo quia actus contradicit eius bonitati ut dicitur a beato Petro et saluare Judam. et hoc secundum Augustinum in suo copen. et Bonaventuram. viij.

Queritur de verbo Augustini. dicitur quod credere in deum est credendo amare credendo in eum ire credendo adberere credendo incorporari. Solutio quadruplex est actus annexus fidei. secundum quod iungitur charitati. Nam fides prout est iuncta charitati ordinat ad amandum deum. ad faciendum bonum. ad sustinendum malum. ad diligendum proximum: quasi dicat idem Augustinus. Credere in deum est credendo amare quantum ad effectum credendo ire in eum quantum ad bonum opus credendo adberere: quantum ad tollerandum credendo incorporari membris: quantum ad dilectionem proximi: et hoc secundum Bonaventuram. Sequitur illud. Creatorem celi et terre quod sumitur a primo capitulo Gene. ubi dicitur in principio creauit deus celum et terram. per celum in

intelligitur celus empirum et spirituales creature que in ipso continentur: per terram intelliguntur omnia visibilia.

Queritur an existens in peccato mortali possit dicere credo in deum sine peccato: et videtur quod non per glosam super illud ad Romanos quarto: credenti in eum: ubi dicitur quod credere in eum est in eum ire credendo et credendo amare quod idem est quod esse in charitate quod non competit existenti in peccato mortali. Solutio sicut existens in superbo odio non peccat dicendo orationem diuinam quia non dicit eam in persona sua: sed in persona ecclesie. Sic existens in peccato mortali non mentitur dicendo credo in deum. Similiter responsio potest dari de malo pastore. d. Ego sum pastor bonus.

Secundus articulus est de persona filii dei. Et in iesum primum filium eius unicum dominum nostrum. Quez composuit beatus Andreas. De quo psalmista psalmo secundo. Filius meus es tu ego hodie genui te. Cuius articuli sensus est. filium eius id est patris unicum. id est unigenitum in quo monstratur quod quis filius? pcedat a patre et spiritu sancto: tamen spiritus sanctus non est filius: quia non procedit per modum generationis sed spirationis. et. Pro quo est notandum quod duplex est emanatio in diuinis una per modum nature et hec est generatio secundum quam filius est a patre. Alia emanatio est per modum voluntatis et hec dicitur processio seu spiratio secundum quam spiritus sanctus est a patre et filio tanquam ab uno principio et dicitur illa emanatio per modum voluntatis: quia spiritus sanctus amor est et amor est secundum voluntatem etc.

Tertius articulus est credere in conceptionem eius de spiritu sancto et natiuitatem et maria virgine ibi. Qui conceptus est de spiritu sancto natus est ex maria virgine que conceptus fuit Jacobus maior. De quo ysa. septimo. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel. Tamen Bonaventura et plures alij solennes doctores tenent quod concipi de spiritu sancto et nasci ex maria virgine sint duo articuli. Et licet dicatur conceptus de spiritu sancto non tamen dicitur filius spiritus sancti: cuius illa conceptio fuerit solum cooperatio spiritus sancti. ut habetur quarta distinctio. tertij sententia. ubi dicitur quod spiritus sanctus in instanti cumulant in beata virgine. quod purissimum erat in ea. In deo formauit corpus christi. et eodem instanti anima fuit infusa ut tantum esset verus deus et verus homo. Non enim fuit infusa anima circa qua-

drageminam diem a conceptione sicut in aliis: immo filius dei hominem unum assumpsit per magistrum secunda distinctio. tertij sententia. Et idem Augustinus in libro de fide ad Petrum. unde Gregorius angelo amicitate et sancto spiritu adueniente mox intra verum factus est caro. et. Pro quo est notandum quod verbum caro secundum quod est quinque modis secundum carnem: quia secundum veritatem carnis. ysaie. liij. preter carnem: quod preter operationem carnalem. Marthei primo quod in ea natum est de spiritu sancto est. supra carnem quia meritis nostris non exigentibus ad Titum tertio. Non ex operibus iusticie que fecimus nos sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Propter carnem quia ad seruandam carnem et hoc quantum ad fideles efficienter licet quantum ad omnes etiam sufficienter ideo vocatum est nomen eius iesus quia saluum fecit populum suum. Luc. ij. Contra carnem quod ad maiorem donationem infidelium. unde Job. xv. Si non venissem et locutus es non fuisset peccatum non haberent. Unde Jeremie. xxx. Nouum faciet super terram. semina circum dabit vstrum. Et si aliquis argueret contra illius articulum. Natus est maria virgine sic. Marthei. i. habetur peperit filium suum primogenitum. Sed primus dicitur respectu secundum quod Maria habuit alium filium a christo. xij. Solutio secundum quod dicitur duobus modis. Uno modo per abnegationem priorum et sic est sensus peperit filium suum primogenitum antequam nullum. i. solum unicum. Alio modo dicitur primum respectu posterioris et sic est sensus peperit filium suum secundum primogenitum: id est postquam peperit alium: sic non intelligitur. riiij.

Queritur vtrum ipse vera carne habuerit. Solutio. dicitur quod sic iuxta illud Luc. xliij. palpate et videte quoniam spiritus carne et ossa non habet sicut me videtis hie. riiij.

Queritur vtrum ipse assumperit animam rationalem cum potentis eius. Solutio dicitur quod sic ut habet in simbolo anastasi ubi dicitur. Perfectus deus et perfectus homo etc. Marthei. xvi. habetur quod dominus noster dixit. Tristis est anima mea usque ad mortem. Non enim esset perfectus homo sine anima rationali potentis eius. Item si diuinitas fuisset ei loco anime non dixisset Tristis est anima mea. Et si obicitur illud Job. i. Verbum caro factum est. Respondetur quod Johannes descripsit misterium incarnationis ex parte carnis per synodo doctores. Quia natura carnalis est nobis noctior quam spiritualis. totum enim hominem assumpsit: ut totum curaret et sanctificaret. i. tertio sententia. Unde Joban. Damascene. oia que in nostra natura plantavit dei verbum assumpsit corpus

etiam intellectualē et. Unde in filio Niceno
vnius substantie credimus deū patrem et filiū et
spūs sanctum. nō tamen dicimus trinitatē unitā
tē maria virgo genuerit: sed tantum filiū qui
solus naturam nostram in unitate sue persone
assumpsit incarnationē quoque huius filij dei to
trinitas operatā esse credendū est et. Quia
opera trinitatis indiuia sunt a dextra: quic
quid vna persona operatur et alia exemplis ha
bemus in tribus domicellis induentibus tertiā
ipsarū vestibus suis de quibus potest dici quod
quid vna facit alia. Tamen vna sola indui
tur. Sic solus filius incarnatur. xv. Pro quo est
notandum quod opus incarnationis quicqz attribuit
patri: ut ad Galat. iij. qm venit plenitudo
temporis. Misit dñs filiū suū quicqz attribuitur
filio. Jo. xvi. Exiit a patre et venit in mundū: quic
qz attribuitur spūs sancto: ut in symbolo. Qui
conceptus est de spiritu sancto et. Et hoc idē dici
tur quia opus incarnationis fuit maxime sapiē
tie potentie et bonitatis que tribus personis at
tribuantur. Nota tamē super istud. Exiit a pa
tre et venit in mundum quod non debet intelligi lo
ci mutatio: sed nature humane assumptione: quia
ipsius mitti non est esse vbi prius nō fuit. Sed
aliter et hoc ratione nature assumptione: vñ fm pbm
in. iij. pbisicorum et in. iij. In loci mutatione exi
gitur esse vbi prius non erat: modo sic de filio
dei non potest dici.

**Queritur quod fuit precipua causa in
carnationis dñi.** Solutio. Reparatio hūani gē
ris fuit quia nisi ouē suā deus pdidisset de celo
ad terrā nō descendisset: vñ Augusti. sup illud
Jobanis. xi. Ecce quē amas infirmat. Sic pec
catores deus nō amaret de celo ad terrā nō de
scendisset et sup illud Mat. xviij. Venit filius
hominis saluare quod perierat. Si hō nō perisset
filia hominis nō venisset.

**Queritur quare filius potius sit in
carnatus quod pater vel spūs sanctus.** So. fm Angu.
Quia homo lapsus est appetēdo dei similitudinē
et equalitatē que filio attribuuntur respectu
patris: ideo sicut homo sumpsit ad hoc occasio
nez lapsus ita debuit de congruitate sumere repa
rationē fm Berni. super illud Jone. i. Tollite
me et mittite in mare et cessabit tempestas et.

**Alia causa quare filius potius incarnatus fu
it: quod filius est verbum dei patris. et sicut ad in
tentionis manifestationem verbum intelligibi
le copulat voci sensibili sic ad diuinā reuelatio
nem verbum patris congruum fuit vñri carni
vnde Jobannis. xviij. Pater manifestati nomē
tuum hominibus et. Alia causa quia conueni
entius mittitur qui est ab alio sicut filius: quod qui**

est a nullo ut est pater in diuinis. etiam si pater
fuisset incarnatus nulla persona fuisset sine prin
cipio. Alia causa quia si spiritus sanctus fuisset in
carnatus aut pater tunc essent duo filij. Alia causa
quia medius inter personas debuit esse media
tor: dei et hominū: quia fm magistrum sententia
rum xps fm humanitatē et nō diuinitatem dicit
mediator inter nos et deum: vnde Augustinus.
Mediatorum mediatorum inter nos et deū mor
tem oportuit habere transeuntem et beatitudi
nem permanentem et horum vterqz cōpetit xps
fm humanam naturam. Alia causa quia yma
go debuit per ymaginem reparari. Pro quo
est notandum quod triplex est ymago: scilicet equa
litas ut filius: imitationis ut homo. represen
tationis ut mundus: vnde Berni. i. Faciamus bo
minem et. Alia causa quia congruentius sonat
filium supplicare patri quod alias personā. Alia
ratio quia deus pater p ipsum omnia fecit. Job.
i. Et alibi. omnia in sapientia fecisti. i. in filio ad
Dei. ij. decebat enim eum per quem omnia et
propter quem omnia qui multos filios in glo
riam adduxerat pro omnibus gustaret mortem
ideo congruentius erat ut per ipsum filium re
paretur humanum genus. Item ut qui filius erat
in diuinitate esset filius in humanitate. xvij.

**Queritur quare incarnationem filij dei fecit
angelica annuntiatio.** Solutio. Dicendum
quod incarnationem debuit precedere angelica an
nuntiatio: sicut hominis preuaricationem pre
cessit dyabolica temptatio ut sic ordo reparatio
nis correspondeat ordini preuaricationis.

Unde sicut dyabolus temptauit mulierē ut eā
traheret ad dubitationem: et per dubitationem
ad consensum: et per consensum ad lapsum: sic
angelus nuntiavit virgini ut nunciando excita
ret ad fidem: et per fidem ad consensum: et per con
sensum ad concipiendum dei filiū per spiritum
sanctum. Alia causa potest esse quia beata vir
go pro tunc erat in statu viarctis et angelus in
statu comprehensoris et ideo pro tunc clari⁹ cog
noscebat quod beata virgo: quia deum videbat fa
cie ad faciem. Beata autem virgo per speculum
et in enigmate. Et ponitur ista pro solutione vni
us rationis que posset fieri talis deus vicinior
erat cordi beate virginis fm gratiam quod ange
lice menti quod potius debuit trāsire illuminatio per
beatam virginem ad angelum quod econuerso.

**Alia causa potest esse seu congruentie ratio:
quia incarnatio et generis humani redemptio
non tantum faciebant ad reparationem lapsus
humani. verum etiam ad reparationem angeli
ce ruine: et ideo angeli beati non debuerunt ex
cludi in misterio incarnationis in quo fuit con**

curus angeli annuntians virginis precipientis
et verbi dei carne assumptis. et. Queritur quare
xps tm distulit incarnari. So. Multiplex est causa
vna propter manifestationē diuine iusticie quod tan
tos clamores et luctus sustinuit tāto tpe antequā
descenderet ut peccatorum hominis puniretur.
Alia causa ut homo de lege scripta et naturali
conuinceretur et sic comperto quod nec sic nec sic sal
uari poterat cum omnes ad inferos descende
rent conuictus confugeret ad diuinam gratiam
et sic efficacius curaretur quoniam morbus spi
ritualis non curatur efficaciter nisi cognitus.
Alia causa propter incarnationis beneficium
amplius commendandum: quia quod diutius de
sideratur preciosius reputatur dum obtinetur.
Alia causa ut sicut primus homo fuit condi
tus sexta die ad totius mundi complementum
sic deus homo fieret in sexta etate ad totius cre
ature perfectionem. et. Per verbum enim in
carnatum facta est humani generis reparatio:
non quia aliter saluari non posset homo: sed quia
nullus alius modus ita congruus fuit. Unde ma
gister sententiarum. Gratia tantum est assum
pta illa anima. et illa caro a verbo dei. et augusti
nus. xij. de trinitate. In rebus per tempus or
tis illa summa gratia est quod homo in unitate per
sone cōiunctus est deo. et idem augustinus ibi
dem de trinitate. Poterat vtrūqz deus aliunde
dominam suscipere in quo esset mediator dei et
hominum non de genere illius ade qui peccato
suo obligauit genus humanum sicut ipse quem
prius creauerat non de genere alicuius creauit
ergo de congruitate fuit sic assumpta a filio dei
humana natura. Congruebat ille modus repa
torum quoniam decebat ostendere suam potenti
am sapientiam et bonitatem. Quid enim po
tentius quod coniungere duo extrema summe di
stantia: id est creatorem et creaturam. Magna
enim fuit potentia in coniunctione disparium ele
mentorum maior in coniunctione illorum ad spi
ritum creatum. Maxima in coniunctione illo
rum omnium: ad spiritum increatū vbi est ma
xima disparitas. Quid vero sapientius quod quod
ad perfectionem vniuersi fieret coniunctio pri
mi et vltimi: hoc est verbi dei quod est omnium
principiū humane nature que in operibus sex
dierum fuit vltima omnium creaturarum: ut ba
betur Genesis primo. Quid enim beniuolenti
us quod creator omnium rerum communicare se
voluit rebus creatis. Congruebat etiam ille mo
dus ipsi reparabili: quia homo per peccatū cor
ruit in infirmitatem malitiam et ignorantiam:
per que ineptus factus est ad virtutem diuinam
imitandam: ad veritatem cognoscendam: et ad

bonitatem diligendam: ideo deus homo factus
est per quod reddidit se homini imitabilem: cog
noscibilem: et amabilem. Congruebat etiam il
le modus reparationi nostre quo dominus in for
ma serui procreauit salutem serui. Congruebat
enim finaliter quia sicut preuaricator abstulit
rat nobis deum reparatores redderet nobis deū.
Item ut prophetie adimplerentur. Vñ ysaie
li. Ego ipse qui loquebar esse assum. Abacuc.
secundo capitulo. Apparebit in fine et non men
tetur. Item ad vitandum inconueniens quia
si dominus incarnari nō potuit nesciuit vel nos
luit. videntur enim in ipso impotentia: ignorantia:
vel inuidia quod abest. Item alia causa in
carnationis de congruitate potest esse ut tanta
esset humilitas in redemptore quanta fuit super
bia in preuaricatione: quia tanta superbia fuit in
homine ut vellet esse ut deus. tanta autem hu
militas in deo ut vellet fieri homo. Et quia nō
potuit humiliari in natura diuina assumpsit ali
am naturam: scilicet humanam. Item ut nos
trum amorem excitaret et spem erigeret sicut in
diuinitate vna est essentia et tres sunt persone:
ita in christo est econuerso: scilicet vna persona
et tres essentie. scilicet diuinitas: anima: et caro:
et caro hoc est eternum nouum et antiquus. diu
nitas est eterna. anima noua: quia in assumptione
ne creata: caro vero antiqua: quia ab adam pro
pagata. Et christus fm naturam diuinitatis est
genitus. fm animā creatus. fm carnem factus
et. Item est notandum quod vnio fuit triplex in
christo. scilicet diuinitatis ad animam et econuer
so deitatis ad carnem et anime ad carnem. Due
prime semper māsuerunt. tertia separata fuit in
morte et fuit bec vnio in unitate persone non
humane nec diuine. sed persone filij. Pro quo
est notandum quod ad esse persone triplex erigitur
distinctio: scilicet singularitas naturalis: incom
municabilitas et excellentia. et. Propter pri
mum nullus vniuersale est persona. Propter se
cundum anima non est persona. Propter ter
tium christus fm quod homo non est persona. Itē
est notandum quod compositio proprie est corporis
coniunctio corporis et anime vnio est diuine na
ture ad humanam. et. Item est notandum
quod quicqz fuerit status primi hominis et de quo
libet statu accepit christus aliquid. Primus sta
tus fuit innocentie de quo accepit immunitatē
peccati. Secundus status fuit gratie de quo ac
cepit plenitudinem gratie. Tertius fuit culpe
de quo accepit recompensationē pene. Quartus
fuit penitentie de quo accepit panem dolo
ris et tristitie. Quintus fuit glorie de quo acce
pit plenā fruitionem. et. Et quis dicitur in

primo articulo. Natus est maria virgine. Est no-
tandum quod triplex est christi natiuitas diuina hu-
mana et gratuita. Prima est ex patre. Secunda
ex matre. Tertia in mente fit. De patre nascit
eternaliter. de matre temporaliter. in mente spi-
ritualiter per gratiam. Has tres natiuitates
representat ecclesia in die natiuitatis xpi in tri-
bus missis. In prima que dicitur in media nocte
et. vide in cap. de sacramento eucharistie. xxv.

Queritur vtrum aliqua pura creatura potuisset
satisfacere pro toto humano genere. Solutio.
De duobus conuenit fieri satisfactio. scilicet iuria
et de damno. Iuria deo facta nulla creatura
potuisset nec posset recompensare ab excellen-
tissimam eius diuinitatem. De damno nullus pu-
rus homo potuisset nec posset satisfacere: quia
non potuisset nec posset toti humano generi equi-
pollere nec similis alia pura creatura posset da-
num recompensare quod si posset: non tamen satis-
faceret: quia ad illum spectat satisfactio ad quem
spectat transgressio. et. xvi. Queritur vtrum
maior congruitas sit diuine nature ad vno-
cum humanam quam cum angelica. Solutio. Dicu-
m est quod sic. Primo quia homo magis indige-
bat: quia locus lapsus erat. Item quia angelus
sine medio suggerente eleuatus in superbia ce-
cidit. homo autem diabolica suggestionem corruit.
Item homo non fuit obstinatus sicut angeli ma-
licie: sed suam culpam cognouit penitentiam egit
modo diuina misericordia non deliberat eos qui
nolunt penitere. vnde Augu. Qui creauit te sine
te non iustificabit te sine te. Item dicit Bre.
quod natura humana comunicat cum omni creatu-
ra: sic omnis natura exaltatur dum in suo simili
diuinitati vnitur. Item quia quando aliquis
deuenit ad terminum vite sue non potest deflecti
ab illo sine cuius inbecit siue sit bonus siue sit ma-
lus. Finis autem vite hominis est mors: sua finis
autem angeli est terminus sue electio: quia bo-
no adbehit siue malo. Unde sicut homines in
bono vel in malo confirmantur post mortem: ita
angeli post conversionem vel eersionem. Unde
eadem ratio obstinatio inuenitur in homini-
bus damnatis et angelis peccatis: quia secundum Da-
mascenum quod est in angelis casus hoc est in ho-
minibus mors. Et ideo angeli casus fuit irropa-
rabilis. et.

Queritur quomodo intelligitur illud
Apostoli ad galatas. iij. et Epheios. pro-
factum sub lege quia dicitur in simbolo geni-
tum non factum. Solutio. Christus secundum diuinam
naturam est genitus non factus: quia non est crea-
tura: sed secundum humanam naturam ita est genitus

factus faciente diuina virtute. Item christus
non fuit sub lege quantum ad causam sicut illi qui
sunt sub peccato: nec ad motuum sicut illi qui
timore seruiunt: sed solum fuit sub lege quantum ad
obseruantiam. aliter tamen quam alii homines qui
seruant legem propter obedientiam obligatoriam
quia christus seruauit legem quantum ad obedientiam
spontanea propter exemplum obedientie. et. viij.

Queritur vtrum christus assumpse-
rit omnes defectus nostros. Solutio. Christus
erat minister iustitie segregatus a peccato: ideo
non sumpsit defectus qui sunt via ad culpam ut
prontitas ad malum difficultas ad bonum et simi-
lia. et. Defectus vero naturalis assumpsit. ut sa-
men: sicut in. secundum compendium theologie cum pe-
ne sint exercitatie virtutis perfecte et ineffica-
tiue humane nature non simulate assumpsit pe-
nalitates tam corporales quam spirituales que re-
spiciunt naturam nostram in comuni sicut fame
et sitim in absentia alimenti calorem frigus sati-
gationem et huiusmodi nec tamen omnes defectus
corporales assumpsit: ut egritudines: multiformes
mes: neque omnes defectus spirituales: sicut sunt
peccata ignorantia rebellio carnis ad spiritum
et. Christus enim sic penalitates suscepit volun-
tarie et nullo modo inuite. et. xix.

Queritur vtrum in christo fuerint
defectus a natura vel a voluntate. Solutio. Pe-
nalitates sunt in nobis contracte ex cursu duo-
rum: videlicet propagationis nature et corporis
concupiscentie quorum neutrum fuit in christo:
et ideo non fuerunt in christo defectus necessitate
generationis sed voluntate dispensationis:
voluntate in qua diuina preuenire voluitarie hu-
mana concomitante. et.

Quartus articulus est credere in
eius passionem: ubi passus sub potio pylato cru-
cifixus mortuus et sepultus. Quem coposuit san-
ctus Iohannes euangelista. de quo Daniel. ix.
Post hebdomadas. lxxij. Occidetur christus que-
iudas scarioth tradidit et potius pylatus morti
adiudicauit. Legitur enim de iuda in quadam
hystoria. licet apocrypha quod fuit quidam vir in ieru-
salem nomine Ruben qui alio nomine dicitur
est Symeon d. tribu iuda. Vel secundum Hieronimum
de tribu Ysachar qui habebat uxorem nuncupa-
tam cibozeam. Quadam ergo nocte cum sibi de-
bitum mutuo exoluissent cibozea obdormiens
somnia vidit quod perterrita gemitibus et su-
spiribus viro suo retulit dicens. Videbatur mihi
quod filium flagitiosissimum parerem qui totius gen-

itis nostre perditionis causa existeret. Cui Ru-
ben nepharias inquit rem nec relatu dignam pro-
fari et spiritu ut puto phitonico raperis. cui il-
la. Si me concepisse sensero et filium perperco
absque dubio non spiritus phitonicus extitit: sed
reuelatio certa fuit. Procedente igitur tempo-
re cum filium peperisset parentes plurimum ti-
merant et quid de eo faceret cogitare ceperunt
cunctis illum occidere abhorrent: nec vellem
destructionem sui generis enutrire ipsum in fisco-
la positum mari exponunt quez marini fluctus
ad insulam que scarioth dicitur protulerunt: et
ad illa insula iudas scarioth appellatur. Regina
autem loci illius carens liberis ad littus maris
causa spaciandi processit: et fiscoellam a marinis
fluctibus lactari videns ipsam aperiri facit: in-
ueniens ibidem puerum elegantis forme suspi-
rans ait. O si solatus tate subleuans soboles ne-
regni mei successore putarer. Puerum igitur se-
creto nutriri fecit et se gravidam simulauit. Ta-
dem se filium peperisse mentitur et per totum re-
gnum bec fama celebris divulgatur. Princeps
pro suscepta prole veuementer exultauit et inge-
ti gaudio plebs letatur ipsumque secundum magnifice-
tiam regina educari fecit. Non post multum te-
poris regina de rege concepit et suo tempore fi-
lium reperit. Cum autem pueri aliquantulum
creuissent ad iunice sepius collubebat. Et pue-
rum regium iudas crebris iniurijs molestabat
et ad iterum sepius pronocabat. Regina autem
hoc moleste ferens et iudas ad se non pertinere
sciens ipsum crebris verberabat: sed nec sic a
molestis pueri desisteat. Tandem res pandit:
et iudas non regine filius: sed inuentus fuisse a-
peritur. Quod iudas vni conperit veuementer
erubuit et fratrem suum putatum regis filium
occidit latenter ob hoc capitalem sententiam ti-
mens cum tributarijs in ierusalem aufugit: se-
que pylati tunc preceps obsequio mancipant: et
quoniam res sibi similes sunt babiles. Pylatum
iudam suis moribus inuenit congruere. et ideo
cepit ipsum valde carum habere. Inuise enim
curie pylati iudas preficitur: et ad eius nutum
omnia disponuntur. Quadam autem die pyla-
tus de palatio suo in quodam pomerium aspici-
ens illozum pomerium tanto desiderio captus
est: ut pene deficere videretur erat autem illud
pomerium Ruben patris iude sed ne iudas pa-
trem nec ruben filium cognoscebat: quia ruben
ipsus in marinis fluctibus pisse putabat: et de pre-
sentibus que patria sua iudas pensit ignorabat. Pyl-
lato itaque accersito iuda ait tanto illozum fru-
ctu um captus sum desiderio: quod si bis frustratus fu-

ero spiritum exhalabo. Concitatus autem iudas
in pomerium insiluit: et velocius mala carpit. In-
rea ruben venit et iudem mala sua carpit: in-
uenit fortiterque ambo contendunt et iurgia sus-
peraddit post iurgia surgunt ad verba et maris
se iniurijs affecerunt. Tandem iudas ruben in ea
parte qua cernit collo conecitur lapide percussus
pariter et occidit. poma ergo sustulit et pylato
acciderat enarravit. iam die inclinante et nocte
superueniente ruben mortuus inuenitur et sub-
tanea morte preuentus putatur. Tunc pylatus
omnes facultates ruben inde tradidit et cibore
am uxorem ruben in coniuges inde dedit. Qua-
dam autem die dam cibozea graniter suspiraret
et iudas vir eius quid haberet diligenter interro-
garet. ipsa respondit. ben infelicissima sum ois
seminarum quia infantulum meum marinis flu-
ctibus submersit: virum meum morte preuentum
inuenit: sed et dolorem ac mihi misere pylatus addi-
dit dolorem qui me mestam nuptui tradidit et inu-
tissimam me tibi diu coniugem copulauit. Longe
oia illa de infantulo illo enarrasset et iudas illa
que sibi acciderat retulisset inuentum est quod iudas
matrem suam in uxorem duxerat et patrem occide-
rat. Penitentia ergo ductus suadete cibozea
dominum nostrum iesum christum abijt et suorum delictorum
uentiam postulauit. Dominus autem cum suum fecit
discipulum: et de discipulo eum fecit apostolum
suum. Deinde procurator: quod post modum pertu-
lit peditorem. portabat enim oculos: et ea que
christo dabantur furabatur. Et de passionibus do-
mini super residuo.

De pylato enim legitur quod fuit quis-
dam rex nomine titus qui quandam puellam nomine
pylam filiam cuiusdam molendinarii nomine Atus
carnaliter cognouit et de ea filium habuit. Pyla-
tus autem ex nomine suo et ex nomine patris sui quod
dicebatur Atus unum nomen composuit: et ma-
to puero imposuit nomen pylatus. Cum autem
pylatus tres annos haberet ipsum ad regem pa-
trem suum transmisit. Dabebat autem rex fili-
um de regina coniuge sua qui fere pylato coe-
taneus videbatur. Isti dum annos discreto-
nis attingissent sepius luctamine et pugna et fun-
da ad iunice collubebant: sed regis legitimus
filius ut genere erat nobilitas sic in omni gene-
re certaminis aptior. Ob hoc pylatus inuidie li-
uore motus nimio dolore et stimularus fratrem su-
um latenter occidit. Quod rex audiens veu-
ementer doluit et corione convocata quid de se-
lerato et homicida faciendum sit filio requisit.
Cui omnes cum esse reum mortis acclamauerunt

unanimitate. Rex autem ad se reuersus ad iniquitatem: iniquitates noluit duplicare: sed ipse pro tributo quo annuatim debebat romanis in obsequium misit. cum uolens esse innocuus ab occisione filii. tum a tributo romano cupiens liberari. Tunc temporis erat rome filius regis franco cum quem similiter regi romanorum miserat pro tributo hunc pylatus associat: cum se ab eo moribus et industria precelli uideret: cum inuidie stimulis agitatus occidit. Sed cum romani quod de eo faciendum esset inquirerent consilium habuerunt tale. Dic si superuicerit qui fratres necauit occidem iugulam. reipublice quod plurimum uillis erit et colla ferorum hostius feror ipse dormabit. Diserunt ergo cum reus mortis habebat in pontos insulam gentibus illis qui nullam patiuntur iudicem. Iudex preficiatur: si forte et nequitia ipsorum contumacia ebdometur si non quod meruit patiat. Missos ergo pylatus ad gentem ferocem et suorum iudicum perempticem non iustus ad quos missus sit: quod pendula uite sententia tacite rem considerans uitam seruare uoluit et gentem nequam ipse nimis et promissa supplicio et precepto penitus subiugauit: quia igitur tam dure gentis extitit victor: a pontos insula pontius pylatus nomen accepit. Derodes autem hominis illius industriam et audiuit eius uersutus congaudens ipse uersutus eum ad se ueneribus et internicijs inuitauit et super iudeam et hierosalem potestatem et uicem suam ei tradidit. qui cum pecuniam innumerabilem congregasset nesciente berode romam adiret: in finitima pecunia tyberio imperatori contulit et ab eo sibi dari quod ab berode tenebat muneribus impetravit. Huiusmodi causa facti sunt inimici Pylatus et Derodes quo ad usque ad passionem domini. Tunc autem pylatus misit dominum nostrum ad berodem et facti sunt amici. Unde residuum in passione domini nostri.

Passio domini nostri Jesu christi commendatur in opere per patientiam insuperabilem: in modo per humilitatem admirabilem. in causa per charitatem inestimabilem. Quantum ad primum. Christus sustinuit in tactu clauorum asperitatem. In auditu opprobriorum confusionem. In odoratu sputorum se ditatem. In gustu fellis et aceti amaritudinem. In oculis lacrymarum effusionem. In corde timorem. Nota ergo quod christus timuit. Pro quo est notandum quod sex sunt species timoris ut inferius in capitulo de donis. titulo de dono timoris notatur. Sed christus timuit timore naturali

quo quislibet timet uocamentum nature et ille timor nec est meritorius nec demeritorius quia non subiacet libero arbitrio. et dicitur naturalis non a natura instituta sed desinita quia suble timor est pena pro peccato primorum parentum inflata. unde Marti. ix. Lepit Jesus parere et. Sed contra hoc potest argui sic. Perfecta charitas foras mittit timorem. i. Joban. iiii. Sed ipse habuit perfectissimam charitatem ergo uidetur quod non timuerit. Item dicit augustinus. quod signum perfectionis est nullus timor sed in christo fuit summa perfectio ergo nullus in eo fuit timor. Sed aliqui doctores distinguunt dicentes quod triplex est timor. gratitudo. libidiniosus et naturalis. Item timor naturalis est triplex. Nam quidam est timor pene. quidam timor offensus quidam timor reuerentie. primus et secundus non fuerunt in christo eo quod facta charitas foras mittit timorem. Tertius autem fuit in christo quia sic a perfecta charitate non expellitur sed consummatur secundum illud ysa. xi. Replebit eum spiritus timoris domini. Sed quia in eiusdem ysa. quinquagesimo tertio habetur. Oblatus est quia uoluit: et Mat. xvi. habetur contrarium: quia dicit pater si possibile est transeat a me calce iste.

Queritur de uoluntate christi pro quo est notandum quod duplex uoluntas fuit in christo scilicet increata et creata. increata est duplex. scilicet uoluntas signi et uoluntas beneplaciti. uoluntas signi quandoque manet inexplata: quia sic uoluntas dicitur metaphorice. alio modo dicitur uoluntas dei proprie et sic est uoluntas beneplaciti. Lapidando proprie uelle dei est ipse deus. Sed lapidando metaphorice est se habere ad modum uoluntatis. Et hoc uelle non est deus. tamen hec diuissio non rei sed uocis est. Uoluntas beneplaciti est duplex. scilicet antecedens que sepe non expletur: consequens que nunquam remanet inexplata. Uoluntas creata secundum compendium theologie est duplex. scilicet rationis et sensualitatis. Item uoluntas rationis est duplex. scilicet rationis ut ratio est. Et uoluntas rationis ut natura est. uoluntate rationis ut ratio est forma ut se uoluntati increate: sed uoluntate rationis ut natura est. Et uoluntate sensualitatis uoluit aliquid proprium quod non uoluit uoluntate rationis ut ratio est: scilicet non mori secundum uero bonauenturam. Uoluntas christi tripliciter potest considerari. primo secundum duas naturas scilicet diuinam et humanam: sic habet duas uoluntates ut diuidit Damascus. Secundo consideratur uoluntas secundum potentias per quas quis uult et sic fuit in christo potentia diuina. potentia rationalis creata et potentia sensuum per quas

cum talis etiam an baptismum possit fieri: scilicet penitentia inuncta per ministros ecclesie sacramentum est. Item notandum est quod lugere pro peccatis proprius est actus penitentiae. lugere pro alienis malis est actus virtutis et misericordie. lugere pro bonis eternis est actus beatitudinis: de quo dicitur Mat. v. Beati qui lugent. Item notandum est quod non oportet exteriori penitentiae esse perpetuam. circa autem interiori est distinguendum. nam quedam est penitentia interior secundum habitum et hoc debet esse perpetua. alia secundum actum et hanc non oportet esse perpetuam semper enim tenetur quod ad interiori penitentiam habitualem qua vellet non peccare: sed ad interiori actualem non semper tenetur. item est notandum quod in penitentia alius est dolor rationalis qui est peccati detestatio. alius est sensualis qui est passio. primus dolor spiritus esse in penitentia. secundus vero non est de necessitate. Item notandum est quod penitentia ad hoc est duplex. scilicet priuata que fit in secreto: quas sacerdotes iniungunt pro peccatis occultis. alia est penitentia publica: illa secundum auctorem libri de sacramentis est duplex. quedam est manifesta que iniungitur pro peccatis manifestis: ut peregrinatio pro mundum. flagellatio corporis cum baculo cubitali: et iterari potest sicut prima quod cum peccati mortale sepius iteratur: ita a penitente necessario penitentia reiteratur cum sit medicinale remedium contra illud peccatum per magistrum. riiij. dist. iij. alia est penitentia solennis que fit in capite ieiunij quod dragesime. l. di. ca. in capite quod dragesime ubi est textus nobilis super dispositione illius solennis penitentiae et solum iniungitur ab episcopo. xxvi. q. vi. c. l. pro enormi crimine notorio quod commouet totas urbem vel locum alium publicum: ut pro paruulorum periculatione cum scadalo et parentum in curia. Et hoc penitentia non reiteratur duplici de causa. prima ne uilis habeatur solennis penitentia. l. di. c. si quis post remissionem in glo. scilicet causa propter significationem eius: quod significat electionem a deo paradiso terrestri que semel facta est. e. di. ca. in capite: et de peni. dist. iij. in summa. tñ Gratianus dicit quod secundum consuetudinem quadam ecclesiarum penitentia solennis in. c. ex persona de peni. di. iij. Optimo tñ magistri. riiij. di. iij. Una cum aug. ad macedonios origene super Leuiticum est quod non debet iterari. Nota super hoc quod hoc penitentia solennis non intingitur clericis propter scandalum: quod post penitentiam solennem non debet aliquid ad sacros ordines promoueri nec effici miles qui solenniter penituit. xxiiij. q. ij. Ad mouere. l. di. ca. si quis post remissionem. Similiter non iniungitur personis ordinatis: quod deserere ordinem non possunt. Queritur qualiter habet fieri hoc solennis penitentia. Respondetur quod solennis

ter penitentes in capite ieiunij quadragesime cum suis presbyteris presentent se episcopo ciuitatis vel eius vicario an fores matris ecclesie fac co induti nudis pedibus vultibus demissis coma deponita et eis in ecclesia introductis episcopus cum clero dicit septem psalmos et postea imponit eis manum et aqua benedicta aspergit cinerem capitis eorum imponit cilicio colla eorum operit: et sic denunciatur eis lacrymabiliter quod sicut Adam eiectus est a paradiso terrestri ita et ipsi pro peccatis ab ecclesia excommuniuntur: tunc iubet episcopus ministris ut eos ab ecclesia expellant. Lero eos pro sequente et cantate illud responsorium. In sudore vultus tui etc. Beati. iij. Deinde in cena domini a suis presbyteris in ecclesia reducuntur et erunt usque ad octauas pasche: ita quod nec comunione nec pace recipiant: et tunc eribunt de ecclesia et erunt extra ecclesiam usque ad tale die sequentem scilicet in capite ieiunij anni sequentis et fiet sicut prius quolibet anno quousque aditus ecclesie eis reddat et recedat ab ecclesia secundum voluntatem episcopi ad quem spectat recedat. Mulieres autem comas non deponant in signum subiectionis: scilicet solum v. l. di. c. i. in capite ieiunij pluribus allegato. Queritur utrum penitentiae sint tres partes. scilicet contritio confessio: et satisfactio. Et videtur quod non. Nam forma simplex non habet tres partes: quia indissolubili essentia consistit: sed penitentia est unum: quia est quidam habitus in prima specie qualitatis: ergo in oppositum est magister sententia. xvi. dist. iij. ubi dicit quod in perfectione penitentiae tria sunt obseruanda scilicet propter actio cordis: confessio oris: et satisfactio operis. Dicit concordat augustinus in libro de sermone domini monte dicens. Tres sunt peccati differentie in corde: in factorum in consuetudine vel in verbo tamen tres mortes: una quasi in domo: scilicet cum in corde consentitur libidini: altera quasi plata tamen extra portam cum in factis procedit ascensio. Tertia cum male consuetudinis tanquam mole premittitur animus quasi in sepulchro iam fetens. Laudul. super. xvi. dist. iij. sententia. Ad illud dubium respondet per quatuor conclusiones. Prima conclusio est quod penitentiae que est habitus virtutis non sunt tres partes: scilicet contritio: confessio: et satisfactio: et probat ille non sunt partes alicuius totius quibus non existentibus illud totum potest esse: sed non existentibus istis tribus partibus potest esse penitentia que est virtus: ergo. Maior patet et minor probatur: quia penitentia que est habitus est quedam qualitas de difficili mobilis que est homini etiam quando dormit. Sola enim qualitas est inclinans ad frequenter penitere et inexistit quando nullus est ibi actus. Secunda conclusio est quod penitentiae que est actus

hec tria. scilicet contritio: confessio: et satisfactio non sunt partes probatur sic eque forma simplex est actus sicut habitus. Ergo sicut hec tria realiter distincta non possunt proponere habitum qui est penitentia: nec ipsam actum que est penitere. Deducitur istud per: quia si accipiatur actus penitendi pro actu voluntatis imperatino vindicte vel pactu imperato crequente imperium voluntatis semper est forma simplex. Forma autem simplex non habet partes realiter distinctas sicut sunt ille tres. Item probatur sic entia quorum esse in fieri non sunt partes entis permanentis. sed hec tria contritio: confessio et. habent entitatem in fieri. Ergo non sunt partes penitentiae que est habitus vel actus cum sint entia permanentia. maior patet et minor probatur: quia confessio que fit oris. platione est in fieri similiter satisfactio opere penoso est in fieri. Tertia conclusio est quod penitentiae que est sacramentum: contritio: confessio: et satisfactio non sunt partes probatur: quia quod non competit diffinitioni non competit diffinitio: sed hec tria non sunt partes congruentes penitentiae diffinitioni. ut est sacramentum. ergo nec ipsi penitentiae. Maior patet quia diffinitio et diffinitum idem sunt. Primum posteriorum: minor probatur: accipiendo diffinitionem positam per Scotum super. riiij. dist. iij. Apparet quod penitentia est absolutio peccatoris facta certis verbis ubi appetit quod hec tria nec aliquod illorum: sint partes penitentiae: quia si aliquod meretur dici pars penitentiae marime esset contritio quod non est dicendum cum contritio sit quoddam spirituale. Item omne sacramentum est sacre rei signum exterius existens in se signans: sed contritio non potest esse tale signum exterius: igitur. Quarta conclusio est quod hec tria contritio: confessio: et satisfactio sunt partes penitentiae integre et vocat Laudulphus penitentiam itegram non ad habitum vel actum imperantem vel imperatum: sed cum penitentia sit quedam iusticia commutativa videtur requirere ad esse sui equalentiam tanti pro tanto. scilicet pene ad culpam: ad quam equalentiam concurrunt tria. Primum pena interior que est contritio: quia sicut in culpa fuit voluntaria delectio deordinata ita debet esse displicentia equalentis. Secundo exterior: maceratio que est pars operis penosi correspondentis equalentem offensa commisse. Tertio requiritur arbitrius iudicio iuste equalentem hec pena illi culpe. Primum horum est contritio que est displicentia interior. Secundo satisfactio que est maceratio exterior. Tertium est confessio: quia nullus debet esse iudex in causa sua. in capitul. si. quem. de sen. excommunicata. Ideo debet confiteri sacerdoti cuius arbitrio decernatur que pena

equialet culpe. Dicit vltime conclusionem concordat Alber. in suo compendio theologie libro. vi. di. tres sunt partes integrales penitentiae. scilicet contritio confessio et satisfactio quod ostendit sic. Penitentia est quoddam spontaneum iudicium in quo contritio est quasi quedam citatio ubi sequitur rel. apud iudicem spontanea confessio. Deinde sequitur emende. pro iudicem impositae solutio. sed in hoc differt iudicium fori a iudicio poli quod ibi confessio in iure condemnetur hic in iudicio poli confessio ab soluit. Ista tria membra penitentiae tangit auc. nri in littera sua dicena. Conteroz in corde pro primo. mala confiteor: simul ore. pro secundo emendans opere pro tertio. Circa illud verbum conteroz. Queritur utrum requiratur contritio vel sufficiat attritio. Pro solutione istius dubij secundum compendium theologie in sexto libro assignada est differentia in inter attritionem et contritionem sic in informem et formatum secundum quod de fide formatum materia id est quod non sufficit attritio. de contritione autem habet in pluribus passibus sacre scripture: quod sufficit cum non habet copia confessionum et hoc videt tenere Laudulphus supra decimam quartam distinctionem quartae sententiae di. ca. solo actu contritionis assequitur quod peccatorum remissionem quod potest habere distinctionem tale. contritio autem est tanta quod sufficit aut non: scilicet est sola attritio que notat. Luce. xv. De filio prodigo dicente. quanti mercenaria abundam panibus in domo patris mei et ego hic fame peregrinor et ibo ad patrem meum etc. Si primo modo veritate habet illud solo actu contritionis assequitur quod peccatorum remissionem etc. Si secundo modo non: sed actione sacramentali sacerdotis illa attritio fit contritio: et sic sacerdos non solum ostendit absolutum: immo absoluit illud patet quia constat quod sola attritio non sufficit ad delectionem peccati. ergo ad hoc quod fiat sufficiens oportet quod fiat virtute sacramenti: hoc dicit Laudulphus. Quod autem inducit magister de illo qui vadit ad confessionem. xvij. dist. iij. et. xli. Quia si fuerit peccator sufficenter contritus et mortuus eundo saluatur. Si autem sit solum attritus ordinatur nisi forte propter bonam voluntatem: quod venit ad confessionem faciens quod in se est deus in instanti facit de attritione contritionem quod credere est piuum. ut habet de leprosis mundandis Luce. xvij. Sed quia dictum extitit quod actio sacramentali sacerdotis attritio fit contritio. Queritur utrum attritio sit contritio Ad illud secundum Alber. in suo compendio theologie dicendum est quod contritio dicitur cum gratia tritio quod potest esse dupliciter. uno per concomitantiam quia gratia associatur motui existenti in anima et illum informat quous non eliciat. Alio modo per causam ita quod mortuus a gratia eliciatur

prime attritio fit cōtritio: quia actus ille simplex manens in anima formatur adueniente gratia sicut color adueniente luce. Secundo modo impossibile est quod attritio fiat cōtritio: super illud verbum patet in littera auctoris. Est notandum quod penitere accipitur quadrupliciter. Uno modo pro velle punire et tunc diffinitur sic. Penitere est velle vnde dicere peccatum a se commissum. Alio modo accipitur penitere pro displicere et tunc diffinitur sic. Penitere est peccatum a se commissum detestari. Alio modo accipitur penitere pro pena acceptare. et tunc diffinitur sic. Penitere est pena inflicta pro peccato suo grate acceptare. Alio modo accipitur penitere pro punitione sufferre: et tunc diffinitur sic. Penitere est pena inflicta pro peccato suo patienter sufferre secundum Laudul. super. riiij. disti. quartum sententiarum. Differentia istorum actuum. patet: quod licet omnes isti actus intendat unum materiale scilicet peccati punitionem per aliquod incommodum penosum quod est tristitia. tamen in sequendo illud penosum est differentia: quod primus actus qui est actus vnde dicandi est pene inflictiuus. Secundus est malus pro quo inflictiuus impetratiuus. Tertius est bonus penosus incommodi approbatiuus. Quartus est eius toleratiuus si ab alio inflictiuus. Nunc dicendum est modicum de vno quocumque membro. Et primo de cōtritione. Pro cuius declaratione est notandum quod cōtritio est dolor: voluntarie assumptus pro peccatis cum proposito cōfitei et satisfaciendi secundum Alber. in suo cōpendio in sexto libro. et secundum magistrum in quarto sententiarum distinctione. xv. ubi ponitur dolor pro genere voluntarie assumptus ad differentiam doloris naturalis qui non est meritozus cum non sit in genere moris se voluntas eum ponit in genere mortali pro peccatis ponitur pro materia doloris ad differentiam doloris inuidie qui est de bono alieno. Queritur vtrum sit beatis dānatis et bis qui sunt in purgatorio sit cōtritio. Dicendum est secundum Alber. in suo cōpendio quod non cuius causa est: quod in cōtritione proprie sumpta tria sunt: scilicet gratia dolor et effectus meriti satisfactionis modo in beatis non est dolor. In dānatis non est gratia existens in purgatorio non merentur: ergo. Queritur quod diu quis de peccato debet dolere. Respondet secundum Dug. de sancto victore quod deus qui absoluit boiem avinculo peccati ligat eum vinculo perpetue detestationis quod quidem detestatio perpetua potest esse duplex scilicet in bitu et in actu. Ad detestationem in habitu semper tenet homo etiam post perfectam peccati remissionem de qua Augustinus loquitur de penitente dicit semper doleat et dolere gaudeat et non semper doluisse doleat. Ad detestationem vero peccati in actu non semper tenetur homo. In cōtritione enim

duplex est dolor. vnus est voluntas qui non est aliud quam displicentia peccati. Alius est sensualis secundum us est de esse contritionis de quo intelligitur illud. Iere. vi. c. Luctu vnguenti fac tibi plantam amarum quod dicitur ex ratione magis velle nunquam peccatum se quam vnguentum viuere. Alio vero dolor qui est sensualis non requiritur de necessitate ad cōtritionem sed bene est de eius perfectione: quod talis dolor non est in nostra potestate. Ille enim penitentiam digne agit qui sic preterita mala deplorat ut futura iterum non committat Nam qui plangit peccatum suum et iterum committit peccatum est sicut ille qui lauat laetorem crudum quam potius abluit tantomagis lutum facit. de peni. di. ij. s. ille penitentia. Dicit scientie concordat. Hieronymus dicens. Irrisus est et non penitens qui adhuc agit quod penitet nec videtur deum possidere subditus: sed susannare super. Lanis reuersus ad vomitum et penitens ad peccatum secundum magistrum sententiarum. riiij. distinctione quartum et eidem distinctione. Quosdam accipere lacrymas ad penitentiam cerno: et affectum penitentiae non habere: quod inconstancia mentis nunc recordatione peccati lacrymas fundunt nunc reminiscunt vni ea que fuerunt iterando committunt. Notetur tamen quod non sufficit sola cordis cōtritio habentibus copiam sacerdotis. de peni. disti. i. c. ultimo. nec cōtritus reputatur. si post contentum confiteri. rxi. q. i. ca. ultimo. et de con. disti. iij. c. non dubito. Sicut enim precepta est nobis interior penitentia: ita oratio confessio et ita exterior satisfactio si abest facultas. de penite. disti. ij. capitulo perfecta penitentia. et per magistrum rviij. disti. iij. senten. d. Iudicet seipsum homo voluntate dum potest: mores conuertat in melius ne cum iam non poterit preter voluntate a domino iudicetur veniat ad antistes per quos illi claves in ecclesia ministrantur etc. Secundum membrum est confessio. Pro cuius presenti declaratione est notandum quod confessio est secundum Albertum in suo compendio theologie libro sexto per quam morbus latens a spe venie aperit secundum vero Crisostomum super Mattheum. et per magistrum. rviij. disti. iij. senten. Confessio est testimonium conscientie timentis deum. Et est confessio duplex. quedam est mentalis que fit deo et hec est de iure naturali. quedam est confessio vocalis que fit homini et hec non est de iure naturali. ergo ante christi incarnationem sufficebat confessio mentalis quia deus nondum erat homo: post factus est homo dicitur confessio fieri boi vicario christi. Item licet peccata alius cuius nota sint sacerdoti ut boi: tamen oportet ea confiteri quia non sunt ei nota ut iudici. Queritur quid sit instituta confessio. Respondetur ad illud dandum secundum aliquos quod fuit instituta in paradiso terrestri

statim post peccatum domino dicere ad adam. Adam ubi es. Gen. iij. Et dicitur concordat mag. rxiij. di. iij. quod a primordio humani generis fuit in penis paritibus vtriusque instituta. scilicet penitentia et coniugium Alij dicunt quod confessio fuit instituta quando dominus interrogauit cay. d. Layn ubi est abel frater tu? Gen. iij. Alij dicunt quod quoniam iohannes predicauit ab hoc offiteri crimine suum et lapidatus est. et v. di. c. sed et illud Alij dicunt quod in nouo testamento a Jacobo. Iacob. vlti. Confitemini alterutrum peccata vestra quod non credo: quod non fuit summus pontifex: quare non potuit obligare tantam ecclesiam. Alij dicunt quod fuit instituta quando christus dixit mundandis: ite ostendite vos sacerdotibus. Luce. rviij. Dicite ritus leprosi quoniam mundandus est adducetur ad sacerdotem dicit dominus ad moysen. Leui. xij. et riiij. cap. Leprosus autem secundum doctores est peccatum. Alij dicunt quod fuit instituta quando dominus dixit Petro tibi dabo claves regni celorum: et quocumque ligaueris super terram etc. Mat. rvi. Alij dicunt quod fuit instituta quando christus post resurrectionem dixit apostolis: quousque remiseritis peccata remissa erunt: et quousque retinueritis retenta erunt. Job. xx. Christus enim in hoc quod ministris sacramentorum dedit potestatem ligandi et soluedi insinuauit confessionem eis tanquam iudicibus debere fieri secundum Albertum in vi. libro sui compendii et apostoli pronulgauerunt eam. Alij dicunt quod fuit confessio instituta ab vniuersali traditione ecclesie in glo. ca. in penitentia autem de penitentia di. v. Quatum ad tertium membrum: scilicet satisfactionem est notandum quod post remissionem culpe in contritione remanet debitus pene satisfactor: ideo iungit sacerdos quedam ad satisfactionis fundamentum: sicut abstinere a peccato restituere male ablatum: quedam iniungit ad satisfactionis expeditioem: vt vitare consortia malorum quedam iniungit ad substantiam satisfactionis vt ieiunare: vigilare: dare elemosinam peregrinari. et boni opera penalia: quedam iniungit ad perfectionem et securitatem satisfactionis: vt sunt opera supererogationis. Item satisfactio nis quedam sunt partes principales: scilicet oratio: elemosina: ieiunium: quedam sunt secundarie vt vigilie peregrinationes discipline. Opera enim carnis assidua reducuntur ad ieiunium Opera autem spiritualia ad orationem. Opera misericordie ad elemosinam: per ieiunium reuocatur a concupiscentia carnis. per elemosinam a concupiscentia oculorum: per orationem a superbia vite secundum compendium theologie. De istis membris tractabo latius in sequentibus declarando textum auctoris. Crimina commemorata etc. ab ista littera vsque ad illam vt reminiscaris auctor facit duo principaliter primam docet modum quem debet habere penitens in

aggrediendo confessionem. Secundo docet conditiones vere confessionis. prima in principio. se cunda ibi. Integra festina. Quatum ad primam pre dicit auctor. uoster quod confessus siue penitens primo debet meditari crimina que commisit. Unde Crisostomus. si recordaberis peccatorum tuorum et frequenter ea in conspectu dei pronuncies et pro eis deprecaberis cito ea delebis. vñ ps. Deditur tuis nocte cum corde meo: et etercitabo et scopabaz spiritum meum. Et alibi. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Item confites debet colligere peccata propria et non aliena in. c. consideret. de peniten. dist. v. Item debet sebi liter orare. Iob. ij. Conuertimini ad me in toro corde vestro: in ieiunio: in fetu: et in plactu dicit dominus. Unde Bernardus. Lacrymarum et oratione pro peccatis tuis inuenias gratiam. et ps. Lacrymis meis stratum meum rigabo. i. conscientiam meam. Dicendum est ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum cito anticipent nos misericordie tuae: quia pauperes facti sumus nimis. Item penitens debet eligere confessionem prudentes qui sciunt discernere inter leporem et leporem. i. inter peccatum et peccatum: de pe. dist. vi. ca. ij. qui confitetur omnino sacerdoti confiteatur meliori quam potest: et idem de peniten. dist. i. c. quod penitet. s. hoc est ego dominus pro magi. rviij. di. iij. vnde augustinus. Qui vult confiteri peccata: vt inuentat gratiam: quare sacerdotem scienter ligare et soluere ne cum negligens circa se extiterit negligatur ab illo qui eum misericorditer monet et petit ne ambo in foueam cadant quare stultus curare noluit. vnde Mat. xv. et Luc. vi. Si cecus cecum ducat ambo in foueam cadunt. Item confitens debet dicere peccata sua vni sibi terro per magi. rvi. dist. iij. ubi dicitur quod peccata vult redimere caueat ne ductus verecundia diuidat apud se confessionem scilicet vt diuersis diuersa velit sacerdotibus manifestare. Quidam enim vni celant que alij manifestanda conseruant: quod est se laudare et ad ypocritam tendere et spem care re: et idem habetur de pe. di. v. c. consideret. s. quod igitur peccata. Item confitens non debet spem celare aliquid crimen precipue mortale quod probatur per magi. rvi. di. iij. ubi dicit. Expulsi sunt septem demonia: oia crimina simul eicienda doceret Ioban. viij. Et legione demonum ab alio eiciens nullum reliquit ostendens per hoc quod si mille fuerint crimina oportet de omnibus penitere. Quomodo quoniam crimine reseruat de alio recipiet veniam sine amore dei sine quo nemo vni quod inuenit gratiam: et idem de pe. di. iij. c. sunt plures. s. quod. et di. i. di. i. Notetur sponte: quia delicta nemo intelligit oia: dauid delicta que intelligit generaliter salute confiteatur quorum memoriam non

babet et sic nihil de celare de celeribus suis. De
 tibi. xxi. dist. iij. sent. Sequitur in fine pri-
 me partis crimina dimittit confessio: quod expo-
 nit sic. Confessio haec dimittit peccata: quod per beati Au-
 gustini in libro de penitentia et de peccatis. dist. i. non ergo: ubi
 est taciturnitas confessionis non est separanda venia
 criminis. Ad hoc concordat Augustinus in una ratione
 contra pelagianos dicens. Veritate dicit deo peni-
 tentes quoniam nihil illi de commissis sceleribus celat non
 quod si voluntate celauerit deus ignoraret: sed veritate
 se sibi ab eo dicitur veniam consequatur: et idem de
 peccatis. dist. iij. c. bis auctoritatibus: et David perfrimat il-
 lud dicens. Lauabo per singulas noctes. i. peccata
 lectum meum. i. conscientiam meam. Ergo omnia pec-
 cata sua postquam debet penitentes confessioni suo
 reuelare. Qui enim timet iudicium dei non erube-
 scit peccata confiteri sicut Jobanem crisostomum super
 Mattheum. Perfectus timor soluit omnem pudorem con-
 fessio peccati pudorem habet et ipsa erubescencia est
 grauis penam iubeatur confiteri peccata ut erube-
 scencia patiamur per penam. Nam hoc ipsum per se est di-
 uini iudicii per magister. xvij. dist. iij. sent. De negli-
 gentia autem obliuio: ubi penitentes graueret dolere:
 et generaliter confiteri. Unde magister. xxi. dist. iij. si
 vero a mente aliqua exciderint confiteretur peni-
 tens veritate deo cum generaliter dixerit deus qui
 nostri occulta cordis opera mea et delicta mea a te
 non sunt abscondita: quibus veniam largiaris. Et hec
 est veritas confessionis quam diligit deus. Et hoc per
 generalis confessio etiam mortalis delet quorum
 intelligencia non habet per magistrum loco palle-
 gato. Quo ad secundam partem scilicet illa crimina di-
 mittit dicit Ambrosius. non potest quisquam iustificari a
 peccato nisi fuerit peccatum ante confessionem: qui ve-
 ro confessus fuerit iustificabitur per magister. xvij. dist.
 iij. sent. Sequitur secunda pars principalis de conditi-
 onibus confessionis: ubi integra festina: de quibus
 conditionibus dantur alia metra in instrumen-
 tario que sequuntur. Sit simplex humilis con-
 fessio pura fidelis. Atque frequens nuda discre-
 ta libens verecunda. Integra secreta lacryma-
 bilis accelerata. Fortis et accusans et sit parere
 parata. Quarum conditionum sequitur exposi-
 tio. Simplex debet esse confessio. i. sine plica
 ut nihil dicatur nisi quod pertinet ad conscientiam pec-
 cati et qualitate peccatoris sine defensione siue
 excusatione. Humilis ut cum magna humilitate
 dicat penitentes peccata sua reclamando dei mise-
 ricordiam sine iactantia: sine presumptione: sine
 ne comparatione alterius. Pura: id est cum recta
 intentione et cum proposito non recidendi. Si-
 delis: id est vera non simulata. Frequens: id est
 sepe fiat confessio. Nuda: id est sine inuolutioe
 verborum: ita quod obscure non dicat peccata sua.

Discreta ut maior peccata dicat maior pondere
 discernendo inter peccata et circumstantias.
 Libens: id est spontanea voluntate. Verecunda
 id est erubescendo de peccatis commissis et non
 iactando de bonis per eum operatis. Integra:
 id est quod nihil celet quia aliter non valet confes-
 sio: ut visum fuit superius. Secreta: scilicet qua
 tum ad forum conscientie ubi de occultis con-
 tentia agitur: quia secundum magister. dist. xvij. iij. Sicut
 publica nota publico eget remedio: ita occulta
 secreta confessione et occulta satisfactione pur-
 gatur. Lacrymabilis: quoniam ad dolorem de pec-
 catis commissis. Accelerata. scilicet iustitiam confiteatur
 post mortale peccatum tum propter recupe-
 randam gratiam quam amiserat. tum propter pe-
 riculum mortis cuius hora est incerta. Fortis scilicet
 licet ut propter erubescencia peccata confiteri non
 dimittat. Accusans seipsum et non alium se excusan-
 do. Et sic parere parata: quia in omnibus confitens
 debet suo confessori quantum ad ea que sunt in foro
 conscientie obedire: et si sentiat se debile ad per-
 agendam penitentiam quam sibi intungit suus
 confessor debet ei dicere ut eam commutet in ali-
 am etc. Ad hoc concordat magister. xvi. dist. iij. di.
 Donat se omnino confitens in iudicio et potesta-
 te sacerdoti nihil sui reseruans sibi ut oia eo iu-
 bente paratus sit facere pro recipienda vita ani-
 me que faceret gustanda corporis morte. Et
 hoc cum desiderio: quia recuperat vitam in finit-
 tam. Cum gaudio enim facere debet immortalis
 futurus: qui faceret pro differenda morte mortu-
 us. Augustinus. Queritur vtrum sine penitentia pec-
 cator possit consequi remissionem et videtur quod sic
 per glo. super illud Luc. vij. Dimissa sunt ei pec-
 cata multa: ubi dicitur quod abundantia charitas
 rubiginem peccatorum in ea consumpsit: sed aliquis
 potest conuerti in deum ardentem per charitatem
 sine hoc quod conuertatur ad peccata preterita per
 penitentiam: ergo sine penitentia potest quis salu-
 tem consequi est remissionem peccatorum. Secundo sic
 sicut se habet auersio a deo ad damnationem: ita conuer-
 sio a deo ad salutem: sed auersio a deo sine omni
 delectatione potest esse causa damnationis. ergo conuer-
 sio ad deum sine omni dolore penitentiae potest esse
 causa salutis: ergo. Tertio sic motus sine qui prece-
 dit penitentiam posset in tantum intendi quod sufficie-
 ter disponderet ad gratiam habendam: sed gratia
 sufficit ad salutem etiam sine operibus ergo sine ope-
 re penitentiae peccator possit salutem consequi. Quarto
 sic in ultimo instanti vite posset infundi gratia
 sed per ultimum instantem non remanet aliquid in-
 stans vite presentis in quo penitentia possit esse
 fructifera: ergo sine omni actu penitentiae potest
 homo consequi salutem per gratiam. In oppositum

arguitur per Augustinum in libro de penitentia di-
 cens. Nemo sine voluntatis arbiter constitutus
 potest inchoare novam vitam nisi eum penite-
 at veteris vite: sed nullus potest consequi salu-
 tem nisi in noua vite inueniatur: ergo sine pe-
 nitentia nullus vitam novam consequi potest.
 Item sicut baptismus ordinatur contra originale
 peccatum: ita penitentia contra actuale: sed
 nemo potest ab originali mundari nisi per ba-
 ptismum susceptum actu vel proposito: ergo nec
 ab actuali nisi per penitentiam. Solutio. Dicitur
 dum est quod manente causa manet effectus. Causa
 autem quare aliquis priuatur gratia per pecca-
 tum est inaequalitas peccatoris quia deum offen-
 dit. Unde quousque illa inaequalitas ad equalita-
 tem reducat non potest priuatio cessare: hoc
 enim facit penitentia per suum actum. unde si-
 ne actu penitente peccator solus esse non po-
 test. Tunc ad primam rationem dicendum est quod si
 cur inter homines non restituitur amicitia post of-
 fensam nisi per aliquem dolorem de offensa: ita
 nec charitas post peccatum nisi per penitentiam.
 Ad secundam dicendum est quod in auersione a
 deo semper est conuersio ad bonum commuta-
 bile: ita quis non habeat delectationem sensua-
 lem. semper tamen habet quandam placentiam
 voluntatis. Et similiter oportet quod conuersioni
 ad deum contingatur displicentia: et hoc dolor pe-
 nitentiae dicitur. Ad tertiam rationem dicendum
 est quod motus fidei nunquam potest tantum intendi
 quod gratie continetur nisi gratia medietate. Ad
 quartam dicendum est quod non est dare ultimum
 instantem vite: quia secundum aristotelem. in. vij. pbifico.
 Non est dare ultimum instantem rei permanens
 sed est accipere primum instantem mortis: sicut inter
 ultimum instantem vite et primum instantem mortis
 sunt alia et alio instantem esset tempus medium etc.
 alio modo respondetur dicendo quod supposito sit
 dare ultimum instantem vite tunc in illo eodem in-
 stanti: et gratia infundetur et motus penitentiae
 bulus habebit: et talis penitentia sufficit ad salu-
 tem: secundum Augustinum in libro de ecclesiasticis dogma-
 tibus hec questio secundum beatum Thomam est sup-
 r. dist. iij. sent. Queritur unde penitentia
 habet originem. dicit enim magister. sent. r. iij. di. iij.
 quod penitentia virtus timore concipitur. Solutio.
 Origo penitentiae virtutis efficacius dicitur esse: sed
 origo dispositiua est a nobis: quia secundum Augustinum. Qui
 creauit nos sine nobis non iustificabit nos sine
 nobis. Dispositus autem homo ordine precedit
 primo necessario est dei bonitatem et iustitiam
 cognoscere cui displicet omne malum et nullo
 modo relinquit impunitum. Item se aliquid fecisse
 quod sine displicet voluntati: et hoc cognoscit

bonum est diuina suia se obligatum ad penam. Secundo
 necessario est dei misericordiam cognoscere qui
 paratus est omni dolenti de culpa remittere et
 indulgere. Et prima ratio dicitur quod timor. Et
 secunda spes remissionis: et bis voluntas satisfaciendi
 et si incipiat facere quod in se est dispositus et ta-
 lis ad iustificationem secundum Bonum. Queritur qua-
 re penitentia iteratur et non baptismus. Solutio. tri-
 plex est ratio: prima quod in baptismo impunitus ca-
 racter quod est indelebilis in patria non iteratur. Secunda quod
 baptismus est contra morbum non iterabile. scilicet contra
 peccatum originale: penitentia vero contra morbum
 iterabile. Tertia ratio est: quod baptismus habet totam
 efficaciam suam a passione christi: sed penitentia non habet
 totam efficaciam suam a passione: sed etiam ab actu no-
 stro: ideo baptismus non iteratur sicut nec passio: pe-
 nitentia vero iteratur sicut et voluntas nostra varia-
 tur secundum Bonum. Queritur vtrum sufficiat sola con-
 tritio sine tanta solennitate que dicta est: et videtur
 quod sic. per philosophum. d. Sacrificium deo spiritus tribulatur
 et alibi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam
 meam. Item eze. xvij. r. r. iij. Quousque bona iuge-
 rauerit peccator et conuersus fuerit vita uiuet et
 non morietur ibi non dicitur ore confessus fuerit. Item
 dicitur luce. xvij. Praecipit leprosis quod ostenderet
 se sacerdotibus qui antequam irent mundati sunt. Item
 Job. xi. habet quod lazarus non prius de monumento
 est eductus et post a domino suscitatus: sed in susci-
 tatus post foras vnus ut ostenderet suscita-
 tionem aie precedere confessionem. Dis auctoritati-
 bus et similibus probatur quod sola contritio de peccato
 dimittitur. In oppositum arguitur sicut auctoritate
 dicit per Esaiam. c. liij. natura si habes iniquitates
 ut iustificeris dictu iniquitates tuas ut iustificeris
 Item dicit Ambrosius in libro de paradiso. Non potest
 quisquam iustificari a peccato nisi fuerit peccatum ante con-
 fessionem. Item Job. crisostomus in sermone quod drage-
 sine. Non potest quisquam gratiam dei assumere nisi pur-
 gatus fuerit ab hoc peccato per baptismum et penite-
 ntiae confessionem. Breuiter dicitur quod ad istud
 dubium quod tractat magister. xvi. dist. iij. sent. quod sicut
 precepta est nobis interior penitentia ita et oris con-
 fessio. et exterioris satisfactio si adest facultas: per
 determinationem doctorum super predictam. di. iij. r. p.
 ca. que penitet de pe. di. i. c. capituli. penitet.
 Textus est talis in effectu presentis concordia quem
 penitet oino peniteat et dolore lacrymis offidat
 representet deo vitam suam per sacerdotem puenat iu-
 dicii dei per confessionem. et idem textus habet. xvij. di.
 iij. sen. Ergo apparet euidenter quod in habentibus
 possibilitate intendi sola contritio non sit suffici-
 ens. Unde Augustinus in libro de penitentia ad agendum
 penitentiam non sufficit mores in melius commuta-
 re et a malefactis recedere nisi et de bis que facta

hinc satisfaciatur deo per penitentiam dolorem per humilitatis gemitum per contritionem cordis sacrificium cooperacionem elemosynarum et hoc intelligitur precipue in mortalibus. Est etiam penitentia bonorum et humilium fidelium pena quotidiana in qua peccata condimus dicendo dimitte nobis etc. ubi non ea que dimissa sunt nobis in baptismo volumus nobis dimitti: sed illarum que humane fragilitati quis parua crebra tamen subripit que si collecta contra nos fuerint ita grauabunt et opprimunt sicut unum gram de peccatis. de pe. di. i. cap. medicina. §. etiam penitentia et per mag. xvi. di. iij. sen. Si quis enim penitentiam peruenit propter penitentiam eorum. Sit ut dignus morte eterna in glo. ill. §. et est etiam penitentia allegati. ff. de pactis. l. si plures. §. cui nullum ubi dicitur quod iudicatum est de pluribus minutis et de uno grauiter delicto cui minor coactura equatur. Queritur utrum possibile sit in dolore contritionis cadere ex cessum. Sol. Dicendum est quod non est ad dispensationem rationis quantum ad passionem redundantem in sensualitate si quis aduertat tamen dolorem peruenire in infirmitate non posse sufferre debet temperare per affectum gaudij vel consolationem spiritus. Bona. Queritur utrum interius oporteat contreri de uno peccato quam de alio. Solu. Contritio potest esse delectio culpe sic operatur in iustificatione ipsi in instanti et sic actu non habet ordinem intentio peccatorum: sed secundum habitum quod dolorem ille habitualiter disponit ad detestandum malum et magis testandum malum malum. Et remissionis hoc ordine confitearis. Ista littera usque ad illam confessionem blaudus tria ostendit primo docet modum et seriem penitentiam. secundo insinuat circumstantias aggrauantes peccata debere notari: tertio explicat illas circumstantias aggrauantes. prima in principio. scilicet ubi. Res circumstantias. tertia ubi Ista grauatur viciu. Quarta ad primum dicit auctor quod penitens de primo confiteri de peccatis mortalibus propter eorum pondus et ositatem et de eorum speciebus et ramis etc. de peccatis in spiritu sanctum deinde de decem preceptis legis violatis. Deinde de septem sacramentis male preceptis. Deinde de septem confiteri de negligentia in acquisitione virtutum et de amissione acquisitionum. Unde mag. xvi. di. iij. sen. Desinat virtute qua in teris caruit. Nam dolendum est non solum: quia peccauit: sed quia se virtute priuauit. Ingratam enim extitit qui plenus virtutibus deum omnino non timuit quia omnis virtus patitur detrimentum in uno vicio secundum eundem mag. loco allegato. Deinde de confiteri de septem operibus misericordie spiritualibus que habentur in isto metro. Consule: castiga: docere: solare: remitte: serua: etc. Item de septem operibus misericordie corporalibus que habentur in versu sequente. Nisi tibi potio cibo redimo te quo colligo codo. Deinde

de articulis fidei. Deinde de quinque sensibus exterioribus qui visualiter debent primo confiteri quod sunt fenestre per quas mors intravit animam. vii. Diere. ix. Ascendit mors per fenestras nostras etc. de istis quinque sensibus exterioribus siue particulibus est textus inferi ubi deo disponente tractabo de ipsis. Item debet homo confiteri de omnibus in quibus potuit offendere suum creatorem: dictis: factis: consensu: cogitatione: omissione etc. videat que voluerit confessionem. Quantum ad secundam partem que est ibi res circumstantes etc. est notandum quod ut habet in sacro: in littera auctore circumstante aggrauantes peccata non sunt omittende quin penitentiam: et maxime circumstantie que trahunt peccatum in aliam speciem. Quantum ad tertiam partem que est ibi. Ista grauatur viciu: dignus status auctore noster explicat circumstantias aggrauantes. d. quod sunt ille de quibus in littera breuiter assignantur nobis in sacramento sub istis verbis. Quis quid ubi quibus cur quomodo quomodo quando. Quis importat circumstantiam conditionis persone. s. vtrum sit iuuenis senex clericus vel laicus solus vel ligatus: quod sic aggrauat peccatum et trahitur in aliam speciem: ut si percussit clericum etc. vel cognouerit conjugatam: religiosam: comam: trem: filiam etc. Quid importat circumstantiam que est effectus actus: sicut quod plus committit malum dicitur in ferre: maiori restitutione tenetur: non sufficit dicere cepi rem alienam: imo oportet dicere quantum tate et quid. s. aurum argentum et vtrum sit occultum aut manifestum: ubi importat circumstantiam loci ut si peccatum fuerit in loco sacro in loco publico: vel priuato etc. Quis auxilijs seu per quos. s. instrumetis: ut si percussit manu baculo: gladio medietibus alijs personis quibus malum exemplum dedit sic. Cur. i. qua intentione fecit in animo rapiendi vel furandi vel animo vindicandi etc. Quo importat modum et qualitatem actus: ut si percussit leuiter vel fortiter vel motu proprio diu delibato vel in deliberato: vel alteri instigatoe pulsus etc. Quando importat tempus. s. ut si in diebus dominicis festiuis in quadragesima in tempore sacro. s. in quatuor temporibus etc. vnde Beda super illud. Mandate iij. Facite dignos fructus penitentiae sed enim qualitate et quantitate culpe sit contritio et qualitas pene. Non enim par debet esse fructus boni operis eius qui vel minus peccauit et ei qui grauus cecidit. ideo discretio penitentiae valde necessaria est: ut illa gerat que Aug. in libro de penitentia tradit dicens. Consideret qualitates criminis in loco in tempore in perseverantia in varietate persone: et quali hoc fecerit temptatione et in ipsius vicij multiplici executione. Oportet enim penitere fornicantem secundum excellentiam sui statum vel offu

et vel secundum modum meretricis et in modo operis sui: et qualiter egit turpitudinem suam: si in loco sacro: si in tempore orationis confitetur: ut sunt festiuitates sanctorum et tempora ieiunij. Consideret quod tunc peccauerit et desinat quod peccauerit peccauerit: quod peccauerit aggrauat. extra de symoniacis ca. non satis. et quanta virtus fuerit in impugnatione. hoc recitat magister. xvi. di. iij. sen. Ad firmandum quod circumstantie peccatorum aggrauantes non sint omittende quin penitentiam et nisi penitens sciat exprimere confessio debet esse interrogare. Non enim sufficit penitenti dicere quod fornicat: fuerit in genere: imo oportet descendere ad specialia. s. cum montali: cum sanguinea: cum virgine: cum coniugata etc. Et similiter nullus si fuerit fornicata cum religiosis: sacerdotibus coniugatis. De istis circumstantiis habet de pe. di. i. ca. pene. §. in huius rei consideratione. et eodem titulo distin. v. c. consideret. extra de homici. c. sicut dignum. et per magistrum loco preallegato. et beati Augustini. etc. Quotiens importat vices. i. quod penitens dicat quot vicibus peccauerit tale peccatum etc. Queritur circa illam litteram vtrum confessio sit necessaria ad salutem. Et videtur primo quod non quod sacramentum penitentiae ad remissionem culpe ordinatum est: sed culpa graue infusione sufficiens remittitur ergo ad penitentiam de peccato actuali non est necessaria confessio. Item peccatum quod est alio contractum est et alio debet habere medicinam. ergo peccatum actuale quod est proprio motu quilibet emisit debet et seipso tantum habere medicinam. Sed contra tale peccatum ordinatur penitentia: ergo confessio non est necessaria. Item aliquibus est peccatum remissum sine hoc quod confessio legatur. sicut patet de beato Petro: beato Paulo: Magdalena etc. Sed non est miror efficacie gratia remittens peccatum nunc quam tunc sunt: ergo confessio non est necessaria ad salutem. In oppositum est Boetius in libro de consolatione dicens. Si operam medicatis expectas oportet ut tui vulnus detegas sed de necessitate salutis est quod de peccatis medicina accipiat: ergo de necessitate salutis est quod moribus per confessionem detegat. Pro solutione istius dubij dicit beatus Thomas super decimas et distinctione. iij. sen. quod passio contritionis sine cuius virtute nec actuale nec originale peccatum dimittitur in nobis operatur per sacramentorum susceptionem que ex ipsa passione efficaciam habuerunt. ideo ad culpe remissionem et actualis et originalis requiritur sacramentum ecclesie. vel actu susceptus: vel saltem in vno quando articulus necessitatis non contemptus. tamen tunc excludit: ideo sicut baptismus quo delect

originale est de necessitate et penitentia sacramentum est de necessitate salutis. tunc ad rationes ante oppositum. Ad primam dicendum est quod gratie infusio sufficit ad culpe remissionem sed post culpam dimissam adhuc est peccator debitor pene temporalis: sed ad gratie infusionem sequendaz ordinata sunt gratie facta ante quorum susceptionem vel actu vel proposito aliquis gratiam non consequitur sicut patet in baptismo: et similiter est dicendum suo modo de confessione. Ad secundam dicendum est quod peccatum quod ex altero contractum est scilicet originale potest omnino ab extrinseco remedium habere in paruulis patet: sed peccatum actuale quod ex seipso commisit non potest expiari nisi aliquo modo cooperetur ille qui peccauit. Ad tertiam dicendum quod si non legatur eorum confessio potuit tamen fieri quoniam multa sunt facta que non sunt scripta. Et aliter christus habet potestates excellentie in sacramentis. In fine his que ad sacramentum pertinent potest re sacramenti conferre. Queritur vtrum confessio sit de iure naturali et videtur quod sic. Nam adam et cayn non tenebantur nisi ad precepta legis nature: sed respiciuntur et hoc quod peccatum suum non sunt confessi ergo. Ratio sicut Job non tenebatur subdi nisi legi naturali: sed ipse peccata sua confitebatur quod patet in hoc quod ipse de se dixit Job. xxxi. Si abscondi quasi homo peccatum meum et celari in sinu meo iniquitatem meam: ergo. In oppositum arguitur auctoritate. Esa. dicens quod est naturale est idem apud oes: sed confessio non est eadem apud oes: ergo non est de iure naturali. Tres confessio fit ei qui habet clauem: sed clauem ecclesie non sunt de institutione iuris naturalis: ergo nec confessio. Pro discussione istius questionis dicit scilicet thomas. xvij. distin. iij. quod in sacramenta sunt quedam protestationes fidei. Fides autem est supradictam rationis naturalis. vnde etiam et sacramenta sunt supra rationis dictamen: et quia ius naturale est quod non opinio genuit: sed inata quedam vis inseruit: ut dicit tullius: ideo sacramenta non sunt de iure naturali sed de iure diuino quod est supra naturale: licet etiam quandoque naturale dicatur secundum quod cuiuslibet rei illud est naturale quod ei a suo creatore imponitur. tamen proprie naturalia dicuntur que ex principijs nature causantur. Supernaturalia autem dicuntur que ipse deus sibi reseruat sine nature ministerio operanda sicut in operationibus miraculorum: siue in reuelationibus ministeriorum: siue in institutionibus sacramentorum et sic confessio que sacramentalem necessitatem habet non est de iure naturali: sed diuino. Tunc ad rationes ante oppositum. Et primo. Ad primam dicendum est quod adam respicietur de hoc quod

peccatū suū correptum deo nō recognouit et talis confessio que fit deo per recognitiones peccati est de iure naturali. Nunc autē loquitur de confessione que fit homini que est de iure diuino. Ad secundā dicendum est q̄ Job loquitur de illa absolutione peccati quā facit in iudicio de p̄be sus p̄ctū negādo aut excusando: vt in glosa ibi dem haberi potest. Queritur vtrum omnes tenentur ad confessionē: viderur primo q̄ nō: q̄ Hieronymus dicit et ita est per oēs doctores q̄ penitentia est secunda tabula post naufragium sed aliqui post baptismū naufragium non sunt passi: ergo eis nō cōpetit penitētia et sic nec confessio que est pars penitentię visum fuit superioris. Secūdo sic. alius quis est qui nō habet peccata venialia: sed de illis nō tenet homo cōfiteri. Ergo non omnes tenentur ad confessionē. In oppositū arguitur sic. Confessio diuidit̄ p̄tra contritionē et satisfactionē: sed oēs tenentur ad contritionē et satisfactionē. ergo omnes tenentur ad confessionē. Pro solutione istius dubij dicit sanctus thomas di. xvi. iiij. q̄ ad confessionem tenentur. vno modo ex iure diuino: hoc ipso q̄ ē mandatum et sic hoc nō omnes tenentur ad confessionem: sed illa tantum qui peccatum mortale commiserunt post baptismum. alio modo tenentur ex p̄cepto iuris positivi et sic quilibet post q̄ ad eam discretionis puenit saltem semel in anno p̄fiteatur oia peccata sua et suscipiat reuerenter in pascha eucharistię sacramentū nisi forte de p̄silio sui sacerdotis ob aliquā causā rationabilem ad tempus ab eius perceptione abstineat. Alioquin et vinctus ab ingressu ecclesie arceatur et mortuus christiana careat sepultura. de pe. et re. c. ois vtriusq̄ sexus. Et ex institutione ecclesie edicta in p̄silio generali sub Iuno. iij. Tūc quilibet se peccatorē recognoscat: q̄ oēs sumus peccatores et egemus gratia dei. tūc vt cū maior reuerentiā ad eucharistiā vnusquisq̄s accedat tum vt eorū rectoribus sui subditi innotescant. De quorū aiab' reddidit sunt rationē. ad Deb. vlt. glo. super illud duz ad annos discretionis peruenerint. id est fuerint doli capaces. Et dicitur doli capaces q̄ interrogati dāt ordiatas responsiones. tūc ad rationes. Ad primā dicendum est q̄ nō homo in hac mortalī vita post baptismū naufragium quod est peccatum mortale possit euadere nō tñ potest euadere venialia q̄bus naufragiū disponitur contra que etiā penitentia ordinatur. Ad secundā dicendum est q̄ ex vi sacramenti nō tenetur aliquis venialia cōfiteri sed ex institutione ecclesie quādo non bz que p̄fiteatur v̄l potest alio modo dici q̄ ex p̄dicta decretali nō obligat nisi illi qui hnt p̄ctā

mortalia. Queritur vtrū possit dispensari cu aliquo q̄ non cōfiteatur homini. et videatur q̄ sic: q̄ p̄cepta que sunt de iure positivo subiacēt dispensationi prelatorū ecclesie. sed confessio ē b̄mō: ergo potest dispensari cum aliquo q̄ non p̄fiteatur homini. Secūdo sic illud quod ab homine institutū est potest etiā ab homine dispensationem recipere: sed confessio nō legitur a deo instituta sed ab homine. Iaco. v. Cōfitemini alterutrum peccata vestra. papa autē habet potestatem dispensandi in his que per apostolos instituta sunt. Sicut patet de bigamis ar. l. di. quicūq̄ q̄ penitēs. c. xxiij. di. lecto: ergo potest cū aliq̄ dispensari nec p̄fiteat. In oppositū arguitur sic. Penitentia cuius pars est confessio est sacramentum necessitatis sicut et baptismus sed i baptismo nullus dispensare potest. ergo nec in confessione. Pro solutione istius questionis est notandum s̄m beatus Th. bo. xvi. di. iij. q̄ ministri ecclesie instituti in ecclesia diuinitus fundata: et ideo institutio ecclesie p̄supponit ad operationes ministrorū sicut opus creationis p̄supponitur ad opus nature: et q̄ ecclesia in fide et sacramētis cōstitit: ideo ad ministros ecclesie nec nouos articulos fidei edere aut editos remouere aut noua sacramenta instituire aut instituta remouere p̄tinet: sed hoc est potestatis excellentiē q̄ soli debetur p̄p̄o qui est ecclesie sūdamētum: et sicut papa non potest dispensare vt aliquis sine bap̄tismo saluetur: ita q̄ saluet sine confessione. Cui videtur p̄cordare illud quod habetur. c. xv. questione prima capitulo. Sunt quidam cuius tectus sequitur sunt quidā dicētes romano p̄tiffici sp̄ licuisse nouas cōdere leges: quod et nos non solū negamus sed etiā nullo modo affirmamus. Sed sciendum vero est summo p̄re: quia inde nouas leges potest papa p̄dere vbi euāgeliste aliquid nequāq̄ dixerunt. vbi vero aperte dñs vel eius apostoli eos sequentes sancti p̄res serentialiter aliquid diffinierunt sibi nouam legem potest romanus pontifex dare: sed potius quod predicatum est vsq̄ ad animas et sanguinē confirmare debet. Si em̄ quo docuerunt dñs apostoli et p̄p̄bere destruere viderentur quod absit non sententiarē: sed magis errare committerentur: sed hoc p̄ocul sit ad eis qui semper de ecclesiam luporum contra insidias optime custodiūt. Et in glosa dicitur papa nō potest dispensare contra dominiū vel apostolū. Tūc ad rationes ante oppositū. Et primo. Ad primā dicendum est q̄ p̄cepta iuris diuini non minus obligant q̄ p̄cepta iuris naturalis. vnde sicut non potest dispensari i iure naturali: ita nec in iure diuino seu positivo. Ad secundam

